Scđo compatur iudiciū arcui q2 corda arcus q̄to magis retrahitur tanto grauius ꝑcuſſus leditur. ſic certe q̄tū iudiciū legis differtur a peccatore et q̄to diutius expectatur tanto durius ferier. Roma. ij. Secundū duriciā tuā et cor impenitens theſaurizas tibi irā in die ire et reuelationis iuſti iudicij dei. Et ſicut videm⁹ ꝙ tenſio arcus reflexio ē a ſua naturali habitudine et rectitudine. ita xp̄s in iudicio cū ſit naturaliter miſericors q2 fili⁹ matris miſericordie ex vna pte et filius patris miſericordiarū. ex alia. ij. Cor. j. flectetur quodāmodo ꝑ arcū rigoris et iuſticie et emittet ſagittas dire ſententie. Ite maledicti in ignē eternū. Math. xxv. Tertio compatur iudiciū arcui. Arcus ſcđm Iſid. xviij. ethymo. ca. ix. dicitur q2 curuatur arcus vt arceat hoſtē. Sic fiet in iudicio. Un̄ anſelmus in meditationib⁹ ſuis. O anguſtie. hinc erunt peccata accuſantia. Inde terrēs iuſticia. ſubt⁹ horrēdū cahos inferni patens. deſuꝑ iudex iratus. int⁹ cōſciētia vrens: foris mundus ardens. peccator ſic deꝓhenſus in quā ptē ſe premet. cōſtrict⁹ vbi latebit: Hec ibi. Et ideo ante iudiciū para iuſticiam. Eccl. xviij.

Lectio. VIII

Custodite ergo vos

a murmuratione q̄ nihil ꝓdeſt. Poſtqꝫ ſapiens diſſuaſit omnē locutionis maliciā generaliter. Hic particulariter deſcendēdo diſſuadet quaſdā lingue malicias ſpecialiter, Et ſunt tria: murmuratio: detractio et mēdaciū. Et ſcđm hoc lectio diuiditur in tres ptes ſicut patꝫ intuenti. dicit ergo inferens ꝯcluſiōaliter ex ꝓcedentibus. Ex quo ſic eſt ꝙ peccator maliloquus nullomō pōt euadere impunit⁹. ſed iudicabitur et corripietur a deo. ergo cuſtodite vos a murmuratione q̄ eſt ſpecies vna locutionis q̄ multū deū offendit. et nō ſolū cauenda eſt propter dei iudicantis ſeueritatē: imo propter ſui inutilitatē. et ideo ſubdit: q̄ nihil ꝓdeſt. duplex eſt malū cū quo viuere moleſte ferimus vt dicit Uarro. Et eſt notandū circa iſtud viciū quid ſit et q̄re grauitatis apud deū. Eſt enim q̄rela cū impacientia in his q̄ homo debet ferre patienter vel ſuſtinere. Et cōmittitur q̄ſqꝫ cōtra deū ꝑ diſplicentiā. quādoqꝫ cōtra ꝓxiū per inobedientiā. quādoqꝫ cōtra ꝓximū per inuidētiam. Primo enim inueniuntur quidā qui murmurant cōtra deū ꝑ diſplicentiā quā habēt de ſuo regimine et adminiſtratione quā facit circa hoīes. Et hoc eſt multū irrationabile. Un̄ Seneca. Optimū eſt pati qđ emēdare nō poſſis: et deum quo auctore cuncta ꝓueniunt ſine murmuratione comitari. Malus enim miles ē qui imperatorē gemens ſequitur. Sene. in epl̄a xciij. Ubi nulla prudentia eſt. ſubtiles et artifices multū indignantur et merito; quādo corripiuntur et inſtruuntur ab inſcijs et ignaris artis ſue. Certe de mundi regimine nos ſumus ignari. Deus aūt ſolus ſcit quid omnib⁹ expediat. Et ideo quicunqꝫ cōtra diuinas ordinationes et diſpoſitiones murmurat oſtendit ſe eſſe fatuū et indiſciplinatū. Eccl. x. Uir prudens et diſciplinatus nō murmurat. Murmurāt tn̄ mundiales cōtra deū ꝓpter quattuor. Primo de hoc ꝙ temperies et tempeſtates non tribuit eis ſꝫ ſcđm eorum voluntates. Scđo de hꝫ ꝙ proſperitatē et aduerſitatē nō tribuit in vita iſta iuxta merita et demerita hoīū. Tertio de hꝫ ꝙ deus eis frequenter immittit tribulationes et infirmitates. Quarto ſpecialiter murmurant pauperes inuoluntarij cōtra deū de eo ꝙ nō ita abundanter tribuit eis ſicut quibuſdaꝫ diuitibus. Primi homines multū faciūt cōtra ſeipſos q2 ipediūt ꝓpriā trāquillitatē et pacē. ſi cōformādo ſe diuine voluntati: imo ſi ſic eſſet ſicut vellēt: mundus periret. q2 talis temperies qualem vnus homo vellet pro olerib⁹ ſuis vel pro agro ſuo diſpliceret vel noceret vicino ſuo: immo ſibypſi diſpliceret vel noceret poſtea: q2 homo neſcit quid ſibi vel ſuis expedit. Tales videntur conſimilis affectionis qualis fuit phaeton ſecūdū fabulas. de quo Ouidi⁹ ij. methamor. qui fuit filius phebi. ſed q2 de hꝫ dubitatur petiit ꝙ pater ſibi aliq̄d daret quo homines certificari poſſēt, ſuꝑ hoc pater iuſſit ꝙ peteret et ab eo impetraret. Petijt igitur ꝙ poſſꝫ regere currū ſolis. Rexit igitur iſte puer inſcius et inexpertus aliqū duxit ſolē ita ꝓcul a terra ꝙ omnia ꝑ frigus congelabantur. Aliqū ita prope terram ꝙ omnia cōburebantur ꝓpter qđ a ioue fulminat⁹ interijt. Ita cōtingeret de iſtis fatuis et ꝓſumptuoſis qui de diuina gubernatione murmurāt. Sꝫ ſi ſcđm eos fieret gubernatio tota mundi machina ſolueretur. Un̄ narratur de q̄dā heremita q̄ ſeminauerat olera et petiuit pluuiā a deo et optinuit. Poſtea ſerenitatē et optinuit, Iterū pluuiā et habuit. et q̄le tempus vo-

luit petere breuiter deus dedit ꝛ tamen nec
vnū olus excreuit. cogitauit ergo heremita ꝙ
esset vniuersalis defect⁹ olerū in toto mundo
ꝛ pauenter sustinuit. Casu tamē cōtingente di
uertit ad locū alteri⁹ heremite ꝛ vidit ibi olera
pulcherrima. Quō inquit habes tu olera illa
pulchra. ego seminaui olera ꝛ pluuiā a deo po
stulaui sicut mihi videbat̃ expedire ꝛ opinnui
ꝛ tamē nihil habeo. Certe respōdit ali⁹. hoc iu
ste ꝛ rationabiliter tibi accidit. putabas te sapi
entiorē deo: ꝛ ipse tibi ostendit fatuitatē tuā.
Vñ etiaꝫ de q̄dā agricola narrat̃ qui cōmunit̃
habuit in agris in vineis ꝛ pascuis vberiores
fructus ꝛ herbas ꝙ̄ vicini sui. Requisit⁹ autē
quare? Respondit ꝙ semꝑ habuit talē temperi
em qualem volebat. Requisit⁹ quare? Respō-
dit. ego nunꝙ̄ aliud tps appeto ꝙ̄ deus dat.
Vñ murmuratores ex causa tali sūt siles Caio
cesari. De quo narrat Sene. li. j. de ira in fine.
ꝛ Sueto. in li. d vita. xij. cesa. Iste Caius ordi
nauit facere solēnissimū festū suis nobilib⁹. Cō
tigit ergo ipo die festi tonitrua: fulmina: ꝛ plu
uias maximas fieri. Rex fatuus indignat⁹ in-
dixit bellū cōtra iouē ꝛ iussit balistarios suos
ꝛ sagitarios ꝛ magistros machinarū suarū sa-
gitas ꝛ tela iacere contra iouē: Isti fatui obe-
dientes suo principi sagittauerūt tela ꝛ iecerūt
lapides cōtra celū q̄ omnia in ꝑpriū descēden-
tia magnā ptē populi peremerūt. Reuera sic
est de illis qui murmurant de diuinis dispasi-
tionibus iaciunt verba impatientie cōtra deū
que deo nocere nō possunt. sed ꝑ eis in dānuꝫ
ꝓpriū retorquent̃. Sic murmurauerūt filij is-
rael in deserto cōtra deū ꝛ perierūt. nec intra-
re potuerūt in terrā promissionis. vñ Nume.
xiiij. Oēs qui numerati estis a viginti annis ꝛ
supra murmurastis ꝯtra me nō intrabitis ter-
rā suꝑ quā leuaui manuꝫ meā vt habitare vos
facerē preter caleph filiū iephone ꝛ iosue filiū
nun. Et ideo signanter dicit̃ j. Cor. x. Neqꝫ
murmurauerit̃ sicut quidā eorū murmeraue
runt ꝛ perierūt ab exterminatore. Secūdo

B inueniuntur homines qui murmurant cōtra
deū eo ꝙ ꝓsperitatē ꝛ aduersitatē nō distribu-
it in vita ꝑsenti iuxta merita ꝛ demerita ꝑsona
narū. ꝛ hec ē antiqssima querela gētiliū ꝑhorū
cōtra deū. ꝛ causa ꝓpter quā plerꝗꝫ dixerunt.
munduꝫ nō regi a deo sed a casu: Iuxta illud
Claudiani in primo margie in ꝑncipio. Se
pe mihi dubiā traxit sentēcia mentē. Curant
superi terras aut null⁹ esset Rector. ꝛ incerto
fluerent mortalia casu. Et Boe. in de ꝯso. li. j.
metro. v. O stelliferi cōditor orbis: Et postea
circa mediū metri. Oīa certo fine gubernas
hominū solos respuis act⁹. Merito rector co
hibere mō: Nā cur tantas lubrica versat, For-
tuna vices. ꝑmit insontes. Debita sceleri nox
ia pena. At ꝑuersi resident celso. Mores solio
sanctaqꝫ calcāt. Iniusta vice colla nocētes. La
tet obscuris condita virtus. Clara tenebris iu
stusqꝫ tulit. crimē iniq: Nil piuria nil nocet ip-
sis. Fraus mendacij: cōpta colore ꝛc. Sꝫ post
to sicut veritas se habet ꝙ de⁹ regit mundum
tūc apparet maius mirabile quare mali repor
tant premia iustorū ꝛ sancti aliqñādo luunt et
puniunt̃ loco malorꝫ. Vñ dicit Boeti⁹ loquēs
ad phiaꝫ prosa. v. li. iiij. Cur ergo hec vice uer
sa mutentur scelerūqꝫ supplicia bonos ꝑmāt.
Premia virtutū mali rapiāt: vehementer ad-
miror. queqꝫ tā iniuste cōfusiōis ratio videat̃
ex te scire desidero. min⁹ etenī mirarer si misce
ri omnia fortuitis casib⁹ crederē: nunc stupo-
rem meū deus rector exaggerat: qui cum sepe
bonis iocūda: malis aspera: cōtraqꝫ bonis du
ra tribuat: malis optata cōcedat: nisi causa de-
ꝑhendat̃: quid est qđ a fortuitis casib⁹ differ
ri videat̃? Nō solū autē gentiles philosophi. ꝑ
sancti dei prophete vident̃ de hoc murmuras-
se: sed nō murmerauerūt. sed poti⁹ admirātes
exclamauerūt qualiter incōprehēsibilia sūt iu-
dicia dei ꝛ inuestigabiles vie eius. Ad Roma.
xj. Vñ Job. xxj. Quare impij viuūt sublima-
ti sūt cōfortatiqꝫ in diuitijs. ꝛ Hiere. xij. Qua-
re via impiorū prosperat̃ bene est omnib⁹ qui
preuaricant̃ ꝛ inique agūt. Itē ps. Usqꝫquo
domine peccatores. vsqꝫquo peccatores glo-
riabunt̃. Item Abachuc. j. Quare respicis su
ꝑ cōtemptores; ꝛ taces conculcante impio iu-
stiorē se. Sed certe istud murmur ē irrationa-
bile si causa pensēt̃. Medicus prudens ꝛ fide-
lis egro de q̄ desperat. oīa indifferenter ꝯce
dit quecūqꝫ desiderat. Egro vero de cui⁹ salu-
te spem habet multa negat: dietas ꝛ abstinen-
tias ordinat ꝛ amaras potiones: tñ salubres ei
propinat. Isto modo de⁹ reprobis in hac vita
abūdantiā temporaliū bonorū tribuit vt pro
paucis bonis operibus paucis diebus in hac
vita premient̃. Et hoc est ꝙ dicit beat⁹ Greg⁹.
xxj. moraliū. ca. iiij. suꝑ illud Job. xxxj. Nun-
quid nō ē perditio iniquo. Dicit Greg⁹. Iniu-
stus ad debitū mortis currens effrenatis vo-
luptatibus vtit̃ qꝛ ꝛ vituli q̄ mactandi sunt in
vberiorib⁹ pascuis relinquūt̃. At cōtra iust⁹ a
delectationis trāsitorie iocūditate restringit̃:
qꝛ ꝛ nimirū vitul⁹ ad labores vsū vite deputa-
tus sub iugo detinet̃. Et cōsequent̃ ponit exē-
pluꝫ de egro desperato ꝛ de ista materia loq̄t̃
idē Greg⁹. vj. mora. c. iij. Quasi ꝑ amena ꝑta
in carcerē venit q̄ ꝑ ꝑsentis vite ꝓspera ad in-
teritū tendit. Tertio inueniunt̃ quidā mun
diales murmurantes cōtra deū qñ eos flagel-
lat vel ꝑ tribulatiōes: vel ꝑ infirmitates. ꝛ hoc
fatuū est ꝛ irrationale: cū frequēter infirmitas
sit vtilior homini ꝙ̄ sanitas. Vñ in vitaspatrū
legit̃. ꝙ cū q̄dā petijt liberari a tertiana a ioan
ne heremita. respōdit: rem tibi nessariā cupis

abijcere. Dicit enī Aris. iij. topico. Illud qđ ē effectiuū beatitudinis magis ē eligendū q̄ qđ sanitatis. ſ tale est frequēter infirmitas. Unde Eccl. xxxi. Infirmitas grauis sobriā facit animā. Flagella etiā ꝛ tribulationes ꝛ tedia faciūt nos fugere ad deū. Et ideo ꝯsiderato ꝙ pater noster ē q̄ nos flagellat ꝛ verberat: et ꝙ nobis hereditatē seruat: patienter debem⁹ sustinere quicqđ nobis irrogat. Unde Greg⁹. vi. mora. iij. ca. Quidā tūc ꝓsperitatē despiciūt cū malū eius exitū cernunt. ſ ꝑfecti ecōuerso. Unde tūc ē prosperitas pēsanda q̄tuis nihil sit: cū sese supra ceteros successib⁹ extollit. Narrat Sen. vi. declamationū. ca. i. ꝙ quidā abdicauit filiū suū: ad quē frater suus accessit rogās ꝙ patri suo nullo mō dure respōderet. ſ abdicationē patiens sustineret sub q̄ pacto cyrographū suū sibi dedit: ꝑmittens se daturū sibi dimidiā partē hereditatis sue. ille tacuit ꝛ frater alius abdicat. tūc declamatione facta sup̄ casu. frater illegratus dicit germano suo. In omnē me fortunā frater tibi iungā comitē. si militandū ē vna militabim⁹. si peregrinādū vna pegrinabimur. si q̄tidianā rogauero stipā: illā tecū diuidā. nolui recentē patris irā exagitare: malui vt tacendo patrē vincerē. mee partis heres ero: tue custos. Moraliter loq̄ndo. Frater iste carissimi⁹ xp̄m significat q̄ nos frēs suos vocat. Ad Heb. v. Nō cōfundit fratres eos vocare pater noster de⁹. Deut. xxxij. Nunq̄d nō ipe est pater tu⁹? Iste pater vnūquēq̄ de nobis totiēs abdicat quotiēs eū aduersitate flagellat. Quid igit dicit xp̄s frater noster tali homini a deo tribulato? Certe sic dicit ille frater gratissimus. sustineas patiēter ꝛ patri nostro nihil dure respondeas ꝛ dabo tibi medietatē hereditatis mee: ꝛ simul cū hoc i omni fortuna stabo tecū: nec te deserā: nec dimittā dūmodo hoc vnū concedas ꝙ patri nō remurmures. Et iō Treno. iij. scribit. Quid murmurabit hō viuēs nisi ꝓ peccatis suis: Scrutemur vias nostras ꝛ queramus ꝛ reuertamur ad dominū. q̄r Greg⁹. v. mora. ca. xiij. dicit ꝙ q̄ in penis murmurat iusticiā ferientis accusat ꝛ deū postponit. Unde Aris. dicit. vi. topico. ꝙ proterue respōdens ē causa quare frequenter nō bn̄ disputat. Et. ij. elenco. dicit ꝙ si respondens cōtra argumētet cū debeat soluere: peccat ꝯtra leges bn̄ respondēdi. Moraliter: disputatio est int deū ꝛ hoīem. de⁹ habet opponere ꝛ arguere. Apoc. iij. Ego q̄s amo castigo ꝛ arguo. Et hoīs ē in ista disputatione respondere. Job. xxx. disputare cū deo cupio. Si igit ille respōdēs proterue ꝛ ꝯtra argumentando ꝛ remurmurādo respōdeat: reuera nō bene disputabit a pte sua. sed si patietur sustineat ꝛ gratias agit deo: disputatio bn̄ finiet. Sic respōderūt sancti martyres. de quibus canit eccl'ia. Nō murmur resonat nō querimonia. ꝛ est Ambrosij. Quartum genus murmurantium cōtra deū sunt pauperes inuoluntarij qui nō virtute ſ necessitate ad paupertatem cogunt: ꝛ isti sunt valde fatui quia si de sua necessitate virtutē facerent: indubitant eligerent ad regnū celoꝝ. Jac. ij. Nōne deus elegit pauperes in mūdo: diuites in fide ꝛ heredes regni? Multos tamen iuuat paupertas ad vitam eternā cōsequēdā: sciens ꝙ paup̄ scholaris deficientibus victualib⁹ suis: plus appetit repatriari q̄ ille qui abundat. Et peregrin⁹ in terra extranea deficiētibus expensis: facit maiores dietas. Et falco famelicus auidius volat ad predā. Et reuera isto modo paupes multi q̄ sūt in ista vita: sicut scholares quib⁹ victualia quondie deficiūt. sicut peregrini q̄ paruas expēsas hn̄t: ꝛ sicut falco famelicus mlto auidius desiderāt celestē patriam ꝛ versus eam peregrinantur q̄ diuites impiguati ꝛ abundātes in seculo. Et hic est notandū ꝙ horror paupertatis voluntarie quā ita detestant homines his dieb⁹: procedit ex defectu fidei quia nō credunt deum velle sufficienter subuenire his q̄ sunt pauperes pro amore suo. Et nō aduertūt fatui ꝙ pater habens multos filios: plus de illo sollicitatur qui minus potest seipsū iuuare et cui nōdum prouisum est vn̄ possit viuere. et mater plus sollicitat circa vnū filiū infirmum q̄ circa multos sanos. Ita deus circa pauperes voluntarios qui pro amore suo sunt pauperes plus sollicitat q̄ circa diuites. Unde in ps̄. Ego vero egenus. ꝛ pau. sum sol. est. mi. De istis pauperibus murmurantib⁹ dicit ps̄. Ipsi dispergent ad manducandū. si vero nō fuerint saturati: murmurabunt. Non sic vos carissimi sed sicut ad Phil. scribit. Omnia facite sine murmuratione.

Lectio. IX

Et a detractiōe parcite lingue quoniā sermo obscurus in vacuū nō ibit. id est in obscuro vel in occulto ꝓlatus. id est impunitus. Postq̄ sapiens dissuasit primū genus ꝑuerse locutionis qđ fit directe cōtra deū videlicet murmurationē. Hic dissuadet scđm gen⁹ ꝑuerse locutionis qđ cōmitit cōtra proximū videlicet detractionem. Et circa hoc duo facit. Nā primo ponit ꝑsuasionē ad vitandū detractionē. Scđo assignat ꝑsuasionis rationē. ibi q̄m s̄mo obscur⁹. Dic̄ ḡ sic. A detractiōe pcite ligue: q̄si diceret. laboriosū ē si bn̄ ꝯsideretis vexare liguā in detractione. Omne qđ est innaturale ꝛ violentū exercet cum labore ꝛ fatigatione. modo lingua data est homi ad duo officia ꝛ soli homi. iuxta illđ. ij. de aīa. lingua ꝯgruit in duo opa. s. gustū ꝛ loq̄lā.

In gustũ ppẽ eẽ aīalis. In locutiõẽ ppẽ bñ eẽ. Est eñ hõ aīal politicũ q̃ ẽ ciuile cõicatiuũ naturaliter cõceptuũ et affectionũ suoꝝ et desiderano amare ⁊ amari. Et iõ ad istud bñ eẽ et ad istũ bonũ effectũ q̃ ẽ amare et amari: dedit deꝰ linguã homi. In cuiꝰ etiã figurã spũssctũs q̃ ẽ amor pris et filij in tõl' organi effigie voluit apparere nõ in specie manus: nec au rio: nec oculi: s; apparuerũt aplis dispite lingue tãq̃ ignis ⁊c. Actuũ.ij. Et iõ naturale officiũ ligue ẽ multiplicare amorẽ et beniuolentiã inter hoẽs. et hoc ẽ q̃ dicit Eccĩ.vj. Uerbũ dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos et lingua euchari. id est gratiosa in bono hoie abundabit. Psitacus est auis quedã que põt doceri ad loquẽdũ vocibꝰ humanis. Et de ista dicũt doctores q̃ nihil nouit naturaliter loqui: nisi verbũ salutãdi: vñ impatorẽ dicit naturaliter salutare: iuxta illud marcialis epigramatõn.xiij. Psitacus a vobis alioꝝ noia discaz. Hoc didici p me dicere cesar aue. Uñ in historia karoli magni narrat q̃ cũ errasset per deserta grecie: obuie et fuerũt aues q̃ psitaci nũcupant: q̃ stati eũ lingua greca salutauerũt clamãteo χαιρε αυτο κρατωρ αμιχηλοσ. i. est dictũ: aue cesar inuicte: q̃ fuit p̃ma pphia sibi fctã de iperio. Nã eũ tũc nõ foret nisi rex frãcie: factꝰ ẽ postea ipator. Istud aliqualit' figurat q̃ ppriũ et naturale officiũ ẽ lingue loqui bona et amicabilia. Et q̃ naturale fit cũ labore et fatigatiõe: iõ innuit sapiẽtia q̃ hõ maledicẽdo detrahẽdo cõtendẽdo laborat: ⁊ innaturaliter vexat linguã. iuxta pñ. Cuiꝰ maledictiõe os plenũ ẽ. sub lingua eiꝰ labor et dolor. Dicit q̃ aues habentes linguas partitas nũq̃ bene loquũt. et blesi dicũt habere linguas partitas: ⁊ iõ male loquũt. Et iõ cauendũ ẽ summe a detractõe partite lingue. Alia lsa habet partite lingue. id ẽ diuise vel duplici lingue. Et ẽ sensina. Custodite vos a detractione partite lingue. Ois eni detractor partit linguã suã. Tũ q̃ in eadẽ narratiõe verboꝝ ẽ eadẽ psona dicit bona quedã et q̃dã mala. Mala aũt pfert p se et principaliter. Bona p accidens et secũdario vt mala cõnexa verisimiliora videant. Tũ q̃ cõiter ois detractor ẽ adulator. blandit in psitia ⁊ mordet in absentia: ⁊ iõ ẽ coꝝ lingua notabilit' dicit in pñ. Sepulchꝝ patens ẽ guttur eoꝝ linguis suis dolose agebãt. Illeq̃ ludo scachoꝝ nouit bñ ludos partitos: de facile circũuenire põt sociũ suũ ⁊ matare. Reuera ita isti dolosi detractores a tergo ⁊ adulatores in facie facillime circũuenitũt etiã prudentẽ. Isti portãt partitã robã diaboli cuius vna medietas de adulatiõe et alia de detractiõe ẽ. Hec fuit roba quã diabolus induit qñ Euã decepit Geñ.iij. Nequaq̃ moriemini: scit eni deꝰ q̃ in q̃cũq̃ die comederitis ex eo apient oculi vři et eritis sicut dij sciẽtes bonũ et malũ

Ecce roba partita cuiꝰ vna medietas ẽ detractio cõtra deũ iponens sibi inuidiã. et alia adulatio mulieri pmittens ipunitatẽ et omniũ scientiã Esaie.vj. Pro cõfusione vřa duplici ⁊ rubore laudabũt partẽ eoꝝ. Isti figurant p Amõ regẽ amonitaꝝ. De q̃.ij. Reg.x. Qui tulit seruos Dauid et rasit dimidiã partẽ barbe eoꝝ et prescidit vestes eoꝝ vsq̃ ad nates ⁊ dimisit cõfusos turpiter valde. Isto mõ detractores vnã partẽ radũt p adulatiões suaues et altã dimittunt resei uãtes in memoria et vestes prescindũt vsq̃ ad nates. Uestis hominis ẽ eius bona fama et honesta. Istõ vestẽ pscindunt vsq̃ ad nates. i. vsq̃ ad denudationẽ illoꝝ de q̃bus hõ habet verecundari ⁊ cõfundi. Et iõ satis cõuenienter describit eos. pñ. dicens. sepulchrũ patens ⁊c. Ubi describit eos eẽ receptiuos immundicie: quia sepulchrũ patens. effectiuos iniusticie; q̃ linguis suis dolose agebãt. ⁊ infectiuos ois nequicie: q̃ venenũ aspidũ sub labijs eoꝝ. De pmo videtis q̃ sepulchrũ patens recipit indifferenter corpus mortuũ cuiuscũq̃ et nõ ẽ clausũ: iõ fetores et humores illiꝰ q̃d recipit oibus ostendit et oẽs accedentes inficit et corrũpit. Istõ mõ certe q̃dã sunt exploratores criminũ et defectuũ pximoꝝ suoꝝ: et eoꝝ qui eis conuiuũt quorũcũq̃ siue iusti: siue iniusti: q̃ nemo sine crimĩe viuit. defectus quos nouerunt omnibus publicant vbi possunt nocere. Et quia carẽt operculo: nil possunt celare. Unde in lege veteri. vas q̃d caruerat operculo inmundũ fuit. Nume.xix. Et p oppositũ viri sancti et electi defectus fratꝝ suoꝝ: quãtũ bona consciẽntia permittit: sepeliunt ⁊ occultant opponentes mirrhã compassiõis et inuoluentes illud sindone caritatis; quia caritas operit multitudinẽ peccatorum. Jacobi.v. et inungẽtes illud balsamo honeste excusationis: quantum bono consciẽna permittit. Geñ.xxiij. In electis sepulchris tuis sepeli mortuum tuum.

Secundo sũt effectiui iniusticie: quia linguis suis dolose agebant: quia cõmuniter sub specie pietatis et passionis et compassionis proponunt venenum maliciose intentionis. Unde de illis dicit. pñ. Os tuũ abũdauit malicia ⁊c.

Tertio sũt infectiui ois neq̃cie: q̃ venenum aspidũ sub labijs eoꝝ. Istud venenũ est valde nociuũ: q̃ sic intoxicat: q̃ nullo remedio sanari põt: hõ nãq̃ in fama vix vl' cũ difficultate sanatur. Deutero.xxxij. Uenenũ aspidum insanabile. Notandum q̃ detractor assimulatur vrso p illam bestiam figurato quaz vidit Daniel que similis erat vrso: et tres ordines dentium erant in ore eius: et dictum est ei. Surge comede carnes plurimos. Danielis septimo.

In tribus ordinibus dentium figurantur tres modi artificialiter detrahendi. Primus modus est bona que homo facit diminu-

ere vel male exponere tanq̄ꝫ corrupta intentio one sit factū: vel ex cōparatiōe ad aliū ōsidere ꝙ nō sit virtuose factū vel excellent̄ sicut decebat. Secundꝰ modꝰ ē defectus occultos, sī et de lege caritatis celandos publicare ⁊ ꝓponē sub intētione ledēdi famā. Tertius modꝰ ē pessimꝰ q̄ ē falsa crimina cōfingere ⁊ innocētibus īponere. Isti sūt tres ordines dentiū q̄ in quibusdā abundāt. Contra q̄o Petrꝰ in canonica sua pⁱma. ca. ij. Deponētes oēꝫ maliciā et oēꝫ dolū et simulationes et inuidias ⁊ oēs detractiōes q̄si mō geniti īfantes rōnabiles sine dolo lac cōcupiscite. Signāt docet pⁱmo deponere oīs detractiōes. i. tres modos p̄dictos: qꝛ ōsie et totū sup tria ponimꝰ. Que designat p tres ordines dentiū ī ore vrsi. Et cōsequenter illis dentibꝰ depositis maliciosis: eē debemꝰ sicut infantes q̄ carentes dētibꝰ mordere nō pñt et lac dulcis et suauis affabilitatis sine dolo desiderare vt de vno quoqꝫ nr̄m verificet̄ illud. Cant. iiij. Fauus distillās labia tua mel et lac sub lingua tua. Sed notādū ꝙ contra istud viciū debemꝰ nos disponere tripliciter: vtuose vicꝫ cōtra detractōem. primo ne eā aliqualiter faciamꝰ. Scd̄o ne eā faciliter diamꝰ. Tertio ne eā pusillanimiter timeamus. De p̄rio Jac. iiij. Nolite detrahere alterutrū fr̄es. Unū hiero. ep̄la. xiiij. Nulli detrahas: nec in eo te sanctuꝫ putes si ceteros lateat: accusamꝰ sepe q̄d facimꝰ. Et cōtra nosmetipos districti in vita nr̄a inuehimꝰ: muti de eloquētibꝰ iudicantes. De istis detractoribꝰ loquit̄ Bern̄. sup cantica sermōe xxiiij. Ois qui detrahit hic primū q̄dē seipm ꝓdit vacuū a caritate: demū q̄d aliud detrahendo itēdit: nisi vt is cui detrahit̄ veniat in odiū siue cōtēptū ipis apud q̄s detrahit̄. Ferit igit̄ caritatē in oībus q̄ se audiūt lingua maledicta: et q̄ꝫtū in se ē necat funditꝰ ⁊ extinguit. Et infra: Unꝰ loq̄t̄: vnū xbū dicit vel ꝓfert: et tn̄ illd vnū verbum in vno momento audientiū aures inficit. aīas interfecit. hec Bern̄. Oēs enī discordie lites ⁊ odia q̄ sūt in mūdo fere habēt originē vel ad minꝰ augmētū p detractiōes vl̄ p tertiā linguā. In cuiꝰ figura fingunt poete ꝙ Carduus rex grecoꝝ seminauit in terra dētes serpentinos ex q̄bꝰ succreuerūt milites armati: q̄ statiꝫ ī se inuicē irruētes acerrime cōflixert ⁊ se mutuo pemert. hec Ouidiꝰ metapħ. li. iij. Isto mō detractor seminat dētes serpentinos id ē verba venenose detractionis: inter illos q̄ debent eē amici: qui q̄dē dētes statim crescūt ī milites armatos: qꝛ xba detractoris cōcepta ī cordibus holm ad effectꝰ hostilitatis ⁊ inimicicie ꝓcedūt q̄sqꝫ ad pugnā. Iste seminator ē sepcimꝰ eoꝝ q̄s odit deꝰ q̄ vicꝫ seminat discordias inter fratres puer. vj. Et de istis dentibus ī armatos pugnatores crescētibꝰ dicit̄ in ps̄. Dētes eoꝝ arma et sagitte. Nec legimꝰ ꝙ deꝰ aliq̄d

viciū expressius odiat vel psequat̄ q̄ꝫ detractionē. vn̄ ad Ro. j. Detractores deo odibiles. Et deus ipsemet in ps̄. Detrahentē secreto ꝓximo suo hūc psequebar. De hoc vitio Greg. xj. moraliū. sup illud Job. xix. Quare psequimini me sicut deꝰ et carnibꝰ meis saturamini. Sciēduꝫ inq̄t ē ꝙ hi q̄ aliene vite detractione pascūt̄: alienis ꝓculdubio carnibus satiant̄. Unū p Salomonē dicit̄. Noli eē in cōuiuijs potatoꝝ: nec comedas cū eis q̄ carnes ad vescēdū cōferūt. Carnes q̄ ppe ad vescendū cōferre ē in collocutione derogatiōis vicissim ꝓximoꝝ vitia dicere. De q̄ꝝ pena mox subdit̄: qꝛ vacātes potibꝰ ⁊ dātes symbola cōsumēt̄. Potibꝰ vacant q̄ de opprobrio aliene vite se inebriāt. Symbolū xo dare ē: sicut vnusq̄sqꝫ solet ꝓ pte sua cibos ad vescendū: ita in cōfabulatiōe detractiōis xba cōferre. Sꝫ vacātes potibꝰ et dantes symbola cōsumēt̄: qꝛ sicut scriptū ē: Ois detractor eradicabit̄. hec Greg. Scd̄o ꝓuidēdū ē ne detractiōeꝫ faciliter audiamꝰ. Unū Bern̄. sup cātica sermone. lxiij. Porro detrahere aut detrahentē audire q̄d eoꝝ damnabilius sit nō facile dixerim. Abominabile est audire vl̄ cōferre cū hoīe cuius dentes sūt corrupti vl̄ stomachꝰ repletus fetidis humoribus. quia talis habet anhelitū fetidū nimis grauē. Et dicūt naturales ꝙ oēs bestie vescentes crudis carnibꝰ hñt ora fetida et abominabilia. Et certe multo magis moraliter deberent nobis eē fetentia ⁊ abominabilia ora detrahentiū. iuxta illud Prouerb. xxiiij. Cogitatio stulti pcīm est: ⁊ abominatio hoim detractor. Tertio cauendum est nobis ne detractionem pusillanimiter timeamꝰ. Multi enim propter obloquia detractorum a bono proposito retardantur. Et hoc ē valde fatuum: imo fm̄ doctrinam Grego. vj. mora. ca. xvij. Detractiones hominum despiciendo ⁊ contemnendo supare debemus. Expedit enim nobis scire ꝙ aliqui nobis detrahunt. Unde Greg. xxij. morali. ca. xij. Sed inter hec sciendum ne inmoderatis laudibus efferamur plerūqꝫ miro rectoris nostri moderamie ⁊ detractionibus lacerari permittimur: vt cuꝫ nos vox laudantis eleuat: lingua detrahentis humiliat. Et eadem sententia ponitur in canone vj. q. j. Sunt plurimi. Unde Boetius. j. de consolatione. prosa tertia. assignat causam quare omnes philosophi veri et etiam apparētes persecutionem a reprobis passi sunt: quos inquit nihil aliud in cladem detraxit: nisi ꝙ nostris moribus instituti studijs reproboꝝ dissimillimi videbāt̄. Ita nihil est q̄d admireris si in huius vite salo circūflātibꝰ agitemur procellis quibus hoc maxime propositum est pessimis displicere. Item seneca de copia verborum.

Sit tibi tam triste laudari a turpibus q̄ꝫ laudari ob turpia. Letior enī esto quotiens

displices malis: et maloꝝ de te existimationes malas: verã tibi laudatõez ascribe. Et ps. Qz trahebãt mihi: qꝛ sequebar bonitatẽ. Isti sũt tonsores vel falsarij monete legalis. Impeditores legati regalis. Exhumatores cadaueris fraternalis. Est eni ꝑsona clare fame: sicut moneta legalis quã nullus põt refutare: ꝗ si fuerit deformata vel attonsa: ꝑdit põdus ꝛ imaginez ꝛ iã nõ recipit̃ loco ꝑcij sicut ꝑuo. Eodẽ mõ detractores nitũt̃ ꝯfũdere bonos viros diffamãdo eoꝝ merita ꝑ deprauatiõz et extenuãdo circũstãtias: et attõsando ꝑ diminutiõz: vt opꝰ eorũ nõ appareat ṽtuose factũ: sicut circũstãtie signãt. Et iõ tales psũt vocari tõsores monete legalis. Musce sicut dicit Arist. iiij. dẽ aĩalibꝰ. ca. j. habẽt aculeũ loco ori moꝝ ꝑ quẽ extrahũt sãguinẽ. Eodem mõ simplices morsu q̃ntulicũq; sint ꝑui valoris detrahere bñ sciũt ꝛ extrahere sanguinẽ coop̃tũ. i. defectꝰ occultos: nescientibꝰ diuulgare. Exo. v. Venit musca grauissima ĩ domo pharaonis. Scdõ sũt ĩpeditores legati regalis. Rex. n. xp̃s in oĩ mirũ statuit xp̃ianis oĩbus testamẽtũ pacis dicẽs. Pacẽ relinq̃ vobis: pacẽ meã do vobis. Joh. xiiij. Hoc testamẽtũ ĩpedivit potissime detractores. Tertio sũt exhumatores cadaueris fraternalis. Dicit. n. Arist. vij. dẽ aĩalibꝰ. c. iiij. ꝙ hyena ẽ aĩal multũ ferox simile lupo: itẽ diligẽs carnes hũanas. ꝙ frãgit iterdũ sepulchra mortuoꝝ: et exhumat corpora: vt eoꝝ cadauerĩbꝰ saturet̃. Ista bestia aptissime gerit figurã detractoꝝ. Hõ ꝑ pctm̃ mortale morit̃ sepelit̃ a bonis: qñ q̃ntũ iusticia ꝑmit ẽt eius pctã occultãt̃ et corrigit cõsciẽtia fama integra ꝑmanente. Sz q̃d facit detractor: violat sepulturã: et iõ est infamis fm̃ iura. vj. q. j. ca. infames. Extrahit carnes fendas ꝛ comedit ꝛ alijs ad comedẽdũ distribuit cũ defectus occultos et lapsos a memoria od mẽtẽ eis reducit. De talibꝰ dicit̃ Hiere. xij. fm̃ aliã trãslationẽ. Nũq̃d speluca hyene hereditas mea mihi? Et ꝑmittit̃ ꝑap̃a ñ. Facta ẽ mihi hereditas mea: q̃si leo in spelũca dedit ꝯ me vocẽ suã: iõ odiui eã. Hereditas xp̃i sũt gẽtes xp̃iane. ps. Dabo tibi gentes hereditatẽ tuã. ꝗ hec hereditas dat vocẽ cõtra xp̃m: ꝛ fit q̃si hyena ꝑ detractiõez: sicut superiꝰ expositũ ẽ.

Lectio. X.

(O)S autẽ quod mẽtitur occidit aĩam.

Postq̃ȝ sapiẽs dissuasit duo pessima vitia loq̃edi: vicz murmurationẽ cõtra deũ: et detractionẽ ꝯtra ꝓximũ. Hic ꝯsequẽter dissuadet tertiũ q̃ hõ peccat specialiter cõtra seipm̃: vicz mẽdaciũ. Est eni mẽtiri cõtra mẽtẽ dicere. Hõ ẽ q̃dãmõ intellectuꝰ fm̃ Arist. hoc ẽ: intellectus ẽ nobilissimũ ꝛ dignissimũ qđ possit in hoĩe reperiri. Et iõ hõ q̃ contra mentẽ dicit facit contra seipm̃. Et istud vitiũ dissuadet tali rõne. Illud qđ aĩam occidit spũaliter h̃ ẽ ad mortẽ eternã adducit et grã ꝑuat que ẽ vita aĩe: illud oĩno ẽ cauendũ: ꝗ tale ẽ mẽdaciũ. ꝫ cͭ. Notandũ ẽ hic ꝙ mõstruosum et innaturale ẽ ꝙ os sit cã instrumentalis vel occasio occisionis aĩe: qꝛ illud instrumẽtũ ꝑ se ordinat̃ a natura ad cõseruãdũ vitã aĩe: sicut in opibus suis patet: nã ꝑ os expiramus ꝛ inspiramus: sine qua opatione vita aĩe in corpore nõ saluat̃. Per os alimẽtũ recipimꝰ masticamꝰ et traijcimꝰ. Per os affectiões aĩe exp̃mimus: ꝑ os pacẽ aĩe: amicitiã et beniuolẽtiã ĩ osculis sine macula designamus. Est ergo mirabiliter ꝑditiosũ et cõtra naturã: ꝙ os aĩaȝ occidat. Et iõ signanter dicit̃ ꝓuer. x. Vena vite os iusti: os aũt impioꝝ opit iniq̃tatẽ. Et ꝓuer. xxj. Qui custodit os suũ ꝛ linguã suã: custodit ab angustijs aĩam suã. Notãdũ ꝙ mendaciũ dedecet hoĩem ꝓpter tria specialiter. Est enim hõ dei rõnalis indago: filialis ꝓpago: dei naturalis imago. Est p̃mo hõ dei rõnalis indago hoc ẽ inuestigatio ꝛ inq̃sitio et ꝓpter hãc causã factꝰ ẽ intelligibilis a deo. Et iõ sibi repugnat falsitas mẽdacij. Cũ eni veritas sit bonũ intellectus: cõstat ꝙ falsitas ẽ eius malũ et eiꝰ corruptio. Vñ Augꝰ. in Encheridion. xxiij. Vis naturalis refugit naturaliter falsitatẽ: ꝛ q̃ntũ põt deuitat errorẽ. Vñ et falli nolũt etiã qui amãt fallere. hec Augꝰ. Et iõ sicut oĩs creatura rõnalis appetit veritatẽ et sciam naturaliter: ita oĩs creatura rõnalis detestari debet mendacium. In cuius figurã legiturꝰ Geñ. iij. ꝙ qñ diabolꝰ mentiri ꝑmo cogitauit: noluit in aliq̃ effigie rõnalis creature apparuisse vel ꝓpinqua effigie: quasi nobilitati sue nature. ꝓ q̃nto rõnal' erat mẽdaciũ displiceret: ꝗ bestie tal' formaȝ accepit q̃ nature hũane mag' inimicat̃ repugnat: insignũ ꝙ mẽdaciũ ẽ venenũ hũane nature. Sic eni venenũ corpꝰ occidit: ita mẽdaciũ aĩam: vt ptȝ ĩ in lra. Et q̃to aĩa nobilior ẽ corpe: tãto vi det̃ deterior mẽdax venefico. Et iõ rõnabiliter sit̃ cõbinabũt̃ ĩ die iudicij. ꝛ a societate dei ꝛ sãctoꝝ expellẽt̃. Apoc. xxij. et vltio. Foris canes ꝛ venefici: et oĩs q̃ amat ꝛ facit mẽdaciũ. Foris inq̃t canes. Multi vel alij quicũq; morãtes ĩ curia pape ꝓ negocijs expediẽdis accedũt ad palaciuȝ: ꝛ inter fores seu portas expectãt donec possint ad camerã introduci ad papã: ꝗ qñ pulsat̃ foras cũ cãpana pape: oẽs recedũt tristes et certi: ꝓ illo die ꝙ pape colloq̃ũ nõ habebũt: ꝛ iõ stati egrediunt̃ palaciũ et ad hospicia sua vacui reuertũt̃. Sũmus põtifex xp̃s ẽ. ad Heb. ix. Christus assistens põtifex futuroꝝ bonoꝝ. Ad huius curiã veniunt ĩ die iudicij omnes hoĩes. ij. Cor. v. Oẽs nos oportet añ tribunal xp̃i mãifestari: ꝛ tũc certe dicet̃ aliq̃bꝰ q̃ itrent ad xp̃m. Nã vnicuiq; iusto dicet̃. Intra ĩ in gaudium domini tui. Math. xxv. Et cito

post intrabunt hi in vitã eternã: ꝑ alijs cãpana
pulsãte: hec est tuba sonãte clamabit ꝑ angelos
Math. xiij. Exibũt angeli et seperabũt malos
de medio iustoꝝ: ꝛ mittẽt eos in caminũ ignis
ibi erit flet⁹ et stridoꝛ dentiũ. Et ibidez: malos
aũt foras miserũt: sic erit i consũmatiõe seculi.
Exibũt ꝛc. Et nõ mirũ si mẽdax ejciet a xp̃o: qꝛ
naturaliter vnũ cõtrarioꝝ expellit reliquum.
Mõ xp̃s ẽ veritas. Joh. xiiij. Ego sũ via veri-
tas et vita: ḡ necessario hõ falsus ꝛ mẽdax ejj-
ciet a xp̃o. Math. xxv. Inutilẽ seruũ ejcite in
tenebras exteriores. Dicit ꝙ si fiat circul⁹ d̃ ṫra
hibernica: tãte potẽtie ẽ terra illa ꝙ nullũ aĩal
venenosũ poterit illũ circulũ itrare: vl̕ si fuerit
inclusũ nõ poterit exire: nisi aliũde violenter
ejciat. Terra ista veritatẽ designat in ps̃. Ue-
ritas de terra orta ẽ. Ista veritas potẽtissima
circuit ꝛ muniũ vndiqꝫ xp̃m in ps̃. Potens es
d̃ne et veritas tua i circuitu tuo. Mõ vsqꝫ ad
diẽ iudicij hoĩes īfecti veneno mẽdacij ꝯtinebũt
a diuina veritate. sic ꝙ ĩpossibile ẽ eos euadere:
q̃ sit nemo q̃ d̃ manu ei⁹ possit eruere. Job. x.
Sꝫ certe tũc iudicabũt ꝛ ejcient extra circuluz
istũ ꝛ tradẽt passiõib⁹ eterni ignis. Ro. i. Mu-
tauerũt veritatẽ dei in mẽdaciũ: ꝓpterea tra-
didit eos de⁹ ĩ passiões ꝛc. Scd̃o ẽ hõ dei fi-
lialis ꝓpago. i. Joh. iij. Uidete qualẽ carita-
tẽ dedit nobis de⁹ vt filij dei noĩaremur et si-
m⁹. Ergo sum⁹ generosi valde. Dei eni genus
sum⁹ sicut Actuũ. xvij. dr̃. Ipsius eni ꝛ gen⁹ su-
mus. Si ṽo ita cõtingeret: ꝙ fili⁹ nobilissimi re
gis: cui ꝑparata esset honestissima ṽgo ꝛ nobi-
lissimi generis i spõsã: illã repudiaret et vilissi-
mi ribaldi filiã acciperet in vxorẽ: ipse fatue elige
ret et turpiter degeneraret: et tã se q̃ꝫ suũ gen⁹
mirabiliter dehonestaret. Sꝫ hõ xp̃ian⁹ ẽ ille q̃
gen⁹ dei p fidẽ et baptismũ itrauit. Joh. i. De-
dit eis ptãtẽ filios dei fieri. Isti ꝑparata ẽ veri-
tas: seu sapia in vxorẽ naturalit̕: qꝛ oẽs hoĩes
scire desiderant. i. metaph. ꝛ Sapiẽtie. viij. dr̃
de ea ꝑsõa nature hũane: Hãc amaui ꝛ exq̃si
a iuuẽtute mea: ꝛ q̃siui eã mihi asũmẽ spõ-
sã. et amatoꝛ fact⁹ sũ forme illi⁹. Ista veri-
tas ẽ filia dei fm̃ Bern. Mẽdaciũ ṽo filia dia-
boli. Joh. viij. Mẽdax ẽ et pr̃ ei⁹. glo. i. mẽda
cij. Si ḡ hõ ſp̃cta veritate dei filia: copulet sibi
in vxorẽ mẽdaciũ filiã diaboli. turpit̕ degene-
rat ꝛ magnã verecũdiã sibiipsi facit. Et iõ signã
ter amoꝛ isti⁹ spõse nobis inter dicit. Ecc̃i. vij.
Noli amare mendaciũ aduers⁹ frem tuũ: neqꝫ
in amicũ similit̕ facias. Scitis ꝙ de iure cõi dis-
par cult⁹ inter cõtrahẽtes ĩpedit mr̃imonium
cõtrahẽdi ꝛ dirimit iã contractũ: mõ hõ et oĩs
rõnalis creatura colere debet deũ. Anselmus
ca. ij. Cur de⁹ hõ in ꝑncipio dicit rõnalẽ creatu
rã a deo factã eẽ iustã: vt illo fruẽdo btã eẽt du
bitare nõ debem⁹. Et catho. Si deus ẽ anim⁹
vt no. ꝛc. hic tibi ꝑcipue ꝛc. ꝑ cõstat ꝙ mẽdaciũ

colit diabolũ: sicut filia prẽm: qꝛ prẽm sequitur
filia, ples: et iõ de iure mr̃imoniũ tenere nõ de-
bet. Tñ si d̃ facto teneat q̃d contingere: sine du-
bio q̃ accipit filiã a pr̃e debet ꝛ dotẽ cõsequent̕
accipe ab eodẽ: et certe dos quã diabol⁹ dat cũ
filia sua ẽ infernus. Apoc. xxi. Oib⁹ mẽdacib⁹
ps illoꝝ ẽ i stagno ignis. Osee. x. Ferietis fed⁹
cũ mẽdatio et germinabit q̃si amaritudo iudi-
cium: ꝛ iõ tales possunt dicere illud Esa. xviij.
Percussim⁹ fedus cũ morte: ꝛ cũ inferno feci-
mus pactũ. Scitis ꝙ de iure cõi qui contrahit
ꝑmo cũ vna: et postea cũ alia: vocat̕ bigamus
et efficitur. talis corã iudice si agat̕ cõtra eum
morte q̃ꝫcũqꝫ sit lr̃atus nõ euadit. Sic xp̃ia-
nus ꝑmo cõtrahit cũ veritate filia dei. Osee. ij.
Sponsabo te mihi in iudicio et iusticia. Et in-
fra. Spõsabo te mihi in fide: si postea cõtrahit
cũ mẽdatio efficit̕ bigamus et in iudicio gene-
rali euadere nõ poterit. Nota ꝙ posset ꝓbabi-
liter dici de ista sponsa que ẽ veritas ꝙ satis est
formosa et amabilis intm̃ ꝙ veritas ꝑ se odiri
non poterit: nõ tñ est bene fecũda: qꝛ nõ parit
bonã plem. Nã fm̃ Salustiũ veritas odiũ pa-
rit: et iõ dimittũt hoĩes veritatez cõiter. quia ꝑ
eã incurrerẽt odiũ: ꝑ illud nõ est rõnabile: imo
amico socrate et amica veritate: scrm̃ ẽ ꝑhono
rare veritatẽ. vt dicit̕ in Ethi. Sed mẽdacium
multo peiorẽ generat plem: qꝛ mẽdaciũ ẽ pec-
catũ: ꝛ pctm̃ cũ cõsũmatũ fuerit generat moꝛ-
tem. Jac. i. Mors aũt infernalis ẽ peioꝛ ples
q̃ꝫ odiũ maloꝝ hominũ. Similiter nõ conside-
rant tales ꝙ ẽ de veritate: sicut fuit de rebecca
Gen̄. xxv. que habuit geminos ĩ vtero. Jacob
et Esau. sic veritas duos filios simul parit. scꝫ
dilectionez dei et odiũ maloꝝ hoim. Malach.
i. Jacob dilexi Esau odio habui. Luc̃. vi. Bea
ti eritis cũ vos oderint hoĩes. Et iõ deponen-
tes mẽdaciũ loq̃mini ṽitatẽ vnusq̃sqꝫ cũ ꝓxio
suo ad Ephe. iiij. Tertio ẽ hõ dei naturalis
imago. Uñ Aug. xiiij. de trini. ca. xv. Eo ip̃e
mẽs imago dei ẽ q̃ etiã capax ẽ eiusqꝫ ꝑticeps
eẽ põt: ꝛ iõ sicut in trinitate pr̃na memoria gig
nit ṽbũ qd̃ ẽ veritas: ita mẽs hũana nullũ ali-
ud ṽbũ gignere debꝫ: nisi verax. Ecc̃i. xxxvij.
Añ oĩa ṽbũ verax ꝑcedat te. Persone diũsoꝝ
regnoꝝ ꝛ diuersatũ terraꝝ facilit̕ ab inuicẽ dis
cernũt̕ ꝑ diũsitatẽ idiomatũ ꝛ liguaꝝ: vt cõit̕:
qꝛ q̃ gallicũ loq̃t̕ gallic⁹ ẽ vl̕ estimat̕: ꝛ q̃ angli-
cũ: anglic⁹. sic eni arguebat̕ ꝯ Petrũ ꝙ eẽt gali
le⁹: et xp̃i discipul⁹. Math. xxvi. Uere et tu ex
illis es: nã et loq̃la tua manifestũ te facit. Sũt aũt
moralit̕ loq̃ndo duo regna adinuicẽ ĩ hac vita
ꝯmixta: vicꝫ regnũ dei et regnũ mũdi: regnuz
xp̃i et regnũ diaboli: regnũ celeste ꝛ regnũ ter
restre. Et sicꝫ ista distãt ĩ regib⁹ et legibus: ita in
idiomate si cõcordãt. Nã idioma regni celesti
ẽ veritas ĩ ps̃. Dñe in celo mĩscd̃ia tua ꝛ ṽitas
ꝛc. idioma ṽo regni terrestris: siue mũdi ẽ fal-

ritas. Osee.iiij. Nō ē veritas nō misericordia: nō ē
scia dei in terra: maledictū et mēdaciū: homici
diū et furtū: et adulteriū mundauerūt. Si ergo hō
velit pp̄ēdere ad qd regnū ptineat: videat cui
regno ī idiomate cōcordat. Narrāt historie qꝫ
cū Guilhelm⁹ dux normanoꝝ regnū anglie cō
quisiuisset: deliberauit quō linguā saxonicam
posset destruere et angliā et normaniam in idi-
omate cōcordare: et iō ordinauit qꝫ null⁹ ī curia
regis placitaret: nisi in gallico. et iterū qꝫ puer q̄
libet ponend⁹ ad līas addisceret gallicū et p gal
licū latinū. q̄ duo vsqꝫ hodie obſuāt. Isto mō
moraliter pnceps hui⁹ mūdi diabol⁹ ē. Johā.
xvj. Pnceps hui⁹ mūdi iā iudicat⁹ ē. Sꝫ vere ē qꝫ
pncipatū suū ī mūdo ñ habet hereditaria suc-
cessiōe: ſꝫ violēta oppressiōe: et iō nō ē heres: ſꝫ cō
qsitor. idioma vō suū pp̄riū in puincia īferna
li ē mēdaciū Joh.viij. Cū loqꝫ mēdaciū ex p-
prijs loquit: et iō vt cōcordet mūdū cū puicia
īfernali ī idiomate: ordinauit qꝫ oia secularia ī
cōuentionib⁹ et mercationib⁹ et cōmutatiōib⁹
vtāt mēdacijs. et sicut puer docend⁹ in schola
pmo addiscit gallicū: ita iuuenis seculo applicā
dus cū studio et labore addiscat loq̄ mēdaciū.
Hiere.ix. Docuerūt linguā suā loq̄ mendaciū.
Vñ Greg⁹. xij. mora. expponēs illud Job. xv.
Terrebit eū tribulatio et angustia vallabit eū:
pbat qꝫ oē illud qꝫ malus hō ppetrat relicta ve-
ritate vallat tribulatiōib⁹ et angustijs et labore.
Et hoc pbat spāliter de mēdace sic. Mēdax re
licta veritate mētiri deliberat: vt audiētiū aīm
fallat. Sed q̄nt⁹ labor ē sollicite custodire: ne
ipa ei⁹ fallacia dep̄hendi q̄at: Ponit q̄ppe ante
oclos qd sibi ad veritatē sciētib⁹ respōderi pos
sit: et cū magno conatu ptractat quō p argumē
tū falsitatis: documēta veritatis excupet. Hinc
inde dicta circūtegit: et ptra hꝫ vbi dep̄hēdi po
terit veritati simile rñsionē q̄rit. q̄s si vellet verū
dicere vnqꝫ sine labore potuisset. Plana nāqꝫ
ē veritatis via: et grauē ē iter mēdacij. Vñ p p
phetā dicit. Docuerūt linguā suā loq̄ mēdaci-
um: hec Greg. Et notādū q̄uis boni mentito-
res pñt se arguere: seu iactare ingeniosos: nō
tñ sapiētes. Nā duplex ē opatio sciētis et sapiē
tis: sicut dicit. j. Elen. vicꝫ nō mētiri de qb⁹ no
uit et mentientē posse manifestare. et q̄cūqꝫ mē-
tit: arguit se non esse sapientē. Et iō Ecci. vij.
Noli velle mentiri oē mēdaciū. Assiduitas eni
illius nō est bona et c.

Lectio vndecima.

Nolite celare mortē

in errore vite vestre: neqꝫ acquiratis p
ditionē in opib⁹ manuū vestrarū: qm̄ de⁹ nō
fecit mortē: nec delectat ī pditiōe viuoꝝ. P⁹-
q̄ spūssanct⁹ declarauit q̄liter hō tenet ordia-
re xtuose suas affectiōes. Pmo cogitādo. Se-
cundo suas locutiones sermocinando. Hic
vlterius docet quō hō debet ordiare suas opa
tiones peccatū detestādo. Et circa hoc duo fa-
cit. Nā primo suadet homi detestari petm̄ ter-
rendo p viā timoris. Scđo suadet illud idē al-
liciendo p viā amoris ibi. Creauit eñ de⁹. Cir-
ca pmū duo facit. Quia pmo dissuadet petm̄
ppter pene ꝯsequētis acerbitatē. Scđo ppter
dei phibentis voluntatē ibi. Quoniā deus ñ
fecit mortem. Dicit eñ pmo sic. Nolite zela A
re. i. diligere. mortem id ē petm̄ mortale qd est
causa mortis. Jac. j. Petm̄ cum cōsūmatū fue-
rit generat mortē. In errore vite vestre. i. erro
nee contra dei pcepta viuēdo. puer. xiiij. Er-
rant q̄ opantur malū. Aug⁹. Enchi. v. Nōnul
lis errasse pfuit aliqñ: ſꝫ in via pedis nō in via
moꝝ. Et ecce pmū motiuū q̄re nō debet ama-
re petm̄: videlicet pene sequentis acerbitas q̄
ē infernalis pena. Ipa sola vocat pprie pditio
puer. xv. Infern⁹ et pditio corā dño q̄nto magi
corda filioꝝ hoim. Vñ dicit. Neqꝫ acquiratis
pditionē in opib⁹ manuū vestraꝝ: q̄si diceret:
nisi p opa pp̄ria acquisieritis nūqꝫ incurretis
pditionē: vitā nō possum⁹ habere: nisi p deū: ſꝫ
pditionē acquirere possum⁹ p opa manuū no-
straꝝ. Vñ signanter dicit Osee. xiij. Perditio
tua isrl' ex te: tātū in me auxiliū tuū. Scđm
motiuū: quare nō debemus amare peccatū:
ē dei phibentis voluntas. Qm̄ deus mortē ñ
fecit. i. nō ordinauit nos ad mortē eternam: ſꝫ
magis ad vitā q̄ vult omnes hoies saluos fieri
hoc est leges dedit p quas ois homo saluari pt
si velit. Vel sic. Deus mortē nō fecit. i. peccata
ñ approbat: nec diligit. De q̄bꝫ dicit. Nihil odi
sti eoꝝ q̄ fecisti. Nec letat in pditione viuoꝝ. i.
nō ordinat pmo et pncipalit qꝫ hoies pdāt: ſꝫ ip
si p malicā pdunt seipos. Joh. xij. Qui amat
aiam suā pdet eā. Luc. ix. Filius hois nō venit
aīas pdere: ſꝫ saluare. Nolite ergo zelare mortem.

Notādū qꝫ methaphorice loquēdo petm̄ sa-
tis cōuenient vocat mors ppter tres rōes: vicꝫ
ppt similē deffectū: ppt cōsimilē effectū: et ppt
cōsimilē aspectū. De prio qꝫ moriente corpe ta
lis ē pcessus in deficiēdo: prio corp⁹ distēpat et
discrasiat. Scđo infirmatur. Tertio moritur.
Quarto portat ex domū. Quīto sepelit. Sex-
to a x̄mib⁹ ꝯsumit. Isto mō aīa prio distēpat et
discrasiat p tēptatōez et cogitatiōꝫ de petō. Se
cūdo infirmat p cōcomitātē delectatiōez. Ter-
tio morit p cōsēsū. Quarto asportat de domo
et elongat ab hoib⁹ p culpe sue abhominatiōꝫ
apud hoies. Quinto sepelit p malā ꝯsuetudi-
nē: Sic eñ tra vl' lapis supposit⁹ onerat et op
primit corp⁹ ne resurgat etiā si posset. Ita ma-
la cōsuetudo ē quasi q̄dā moles grauissime op
primēs et necessitans hoiem ad peccādū. Vñ
Aug⁹. viij. confessionum. v. ca. Lex peccati est
violentia consuetudinis qua trahitur et tene-
tur etiam inuitus anim⁹ eo merito quo in eā

nolens illabit. Et in eodē. ca. cito post principiū: lo
quens de seipso pro statu p̄ciam baptismū suū.
Suspirabā inquit ligat⁹ nō ferro alieno: sed mea
ferrea volūtate: vellem eū tenebat inimic⁹: et in
de mihi catenaz fecerat et cōstrixerat me: quippe
ex volūtate puersa facta ē libido: et dū seruit li-
bidini facta ē cōsuetudo: et duz cōsuetudini nō
resistit facta ē necessitas. hec Aug⁹. Et hec cō-
suetudo peccādi cōparat Lazari sepulture: sm
eundē i sermone dn̄i in mōte li. j. ca. xiiij. Et si-
cut videtis: istis magnis et nobilib⁹ fiūt sepul-
chra honestissima de marmore: vel de alijs ho
nestis lapidibus: seu lignis cū figuris et picturis
que simul ornāt et onerāt et honestant. Ita istis
magnis et potētib⁹ mortuis per peccatū faciunt
adulatores sepulchra dealbata et depicta: pin-
gētes et palliātes: diminuentes vel excusātes:
siue cōmendantes peccata potentiū: quia lau da-
tur peccator in desiderijs aīe sue: et iniquus be
nedicit: et isti vident eos honorare: et ornare.
et ita faciūt: sed tamen simul cū hoc onerant et
opprimūt miseros ne resurgāt per penitentiā de
peccatis. Unde narrat Greg. iiij. mora. ca. xix. quod
xp̄s tres mortuos suscitauit: puellā in domo:
iuuenē in porta: Lazarū in sepulchro. Quar-
tū xp̄o mortuū discipulo nunciante cognoscit:
sed tamen non suscitat: quia valde difficile est vt is
quē post vsum male cōsuetudinis et adulanti-
um lingue excipit iam mētis sue morte reuoce-
tur. De quo bene dicit. Sinite mortuos sepelire
mortuos suos. Mortui eni mortuos suos se
peliunt cū peccatores peccatoris fauoribus p̄
munt. Erat aūt Lazarus mortuus: sed nō a mor
tuis sepultus: sed a fidelibus mulieribus cū pie
tate sepultus. Sexto corpus mortuuz a ver-
mibus consumit: et sic mēs priuata vita gra-
tie a vermibus conscientie desperationis et fi-
nalis impenitentie corroditur et mordet. Sic
igit conuenienter peccatū dicit mors propter si
milem defectū vel processū deficiēdi: sic eni intrat
in aiam: sicut mors in corpus. Ad Roma. v.
Peccatū intrat i mūdū: et per peccatū mors. Scd̄o
vocatur peccatū mors propter cōsimilē effectū.
Mors nāqz facit corp⁹ rigidū et frigidū: fetidū
et putridū: horridū et terreū et pōderosū. Isto
modo mortale peccatū facit aiam rigidā per sup
biā et inobedientiā ad deū. Prouer. xviij. Cū
obsecrationib⁹ loquit pauper: et diues effabit
rigide. diues. i. supbus sm glo. Et efficit ani-
mā frigidā per inuidiā quā vocat propheta ma-
liciā. Hiere. vj. Sic frigidā facit cisterna aquā
suam: sic frigidam fecit malicia animam su-
am. Fetidam per luxuriā. Esaie. xxxiiij. De cada
ueribus eorū ascendet fetor. Putridā per gule i
moderantiā per quā sensus et rō sepeliūt et ope
riūt: et hō in asinū cōmutat. Hiere. xxij. Sepul
tura asini sepeliet putrefactus et proiectus ex
tra portas hierusalem. Horridā per iracundiaz.

Gen. xv. Horror magnus et tenebrosus inua
sit Abraaz. Terreā per auariciā: quia nihil sapit ni
si terrenū: vt dicatur tali anime sicut talpe dix-
it natura et deus serpenti. Gen. iij. Terram co
medes cūctis diebus vite tue. Pigrā per accidiā
qua hō nihil boni operat. Prouer. xiij. Uult
et nō vult piger: aīa aūt operātiū impinguabi-
tur. Et cōuenienter peccatū vocat mors propter
consimilem effectum. Ad Roma. vij. Peccatū vt
appareat peccatū per bonum operatum est mi
hi mortem: vt fiat supra modū peccans pecca-
tum per mandatum. Tertio propter cōsimilē
aspectū. Quātūcūqz eni fuerit hō amabilis: et
pulcher et delicatus: statī post mortē ē horribi
lis turpis et abhominabilis: et a cōmunione
hominū sequestrabilis et separād⁹ ē. Sic aīa ai
peccatū pulcherrima et formosa videt. Juxta
illud Canti. iiij. Tota pulchra es amica mea et
macula nō est in te. Per peccatū vo spoliat
gratuitis et vulnerat i naturalib⁹: fit feda et ab
hominabilis corā deo: vt dicat ei de⁹ illō Ezech.
xvj. Ad omne caput vie edificasti signū p̄stitu
tionis tue: et abhominabilē fecisti decorē tuū.
Et tunc per peccatuz anima misera separat a cō
munione fideliū et amicitia dei et angelorū bo
norū. Prouer. xiiij. in fine. Miseros facit po
pulos peccatū. Fatuissim⁹ operarius ē ille qui
difficillimis laborib⁹ se fatigat: et tū nihil stipē-
dij vel mercedis reportat in fine. Quot labori
b⁹ difficultatib⁹ et periculis se exponūt hoies pro
pctō: isti pro voluptatib⁹: isti pro cupiditatib⁹: isti
pro vanitatib⁹ inexplicabile dictu: et quod erit stipē-
dium: Certe mortis dispendiū et infernale sus
pēdiū. Ad Roma. vj. in fine: Stipendia pecca
ti mors. Et ideo postquam pmisit sapiēs: Nolite
zelare mortem. signanter subiungit: neqz ac-
quiratis perditionem in operibus manuū ve
strarū: quasi diceret: nullū aliud lucrū habebi
tis per peccatū. Et quia manus est organū or
ganorū hominis: sicut dicit. iij. de aia. Ideo
male operationes quecūqz possunt exerceri per
opera manuū prohibet. Secundo notādū
quod de triplici morte legimus i scriptura. Est. n.
mors claustralis conuersationis: mors carnalis
resolutionis: et mors infernalis cruciationis.
Prima mors est voluntarie venerāda. Secū-
da est multifarie meditanda: et tertia est q̄tidie
detestāda. De prima notādū quod scā religio
vocatur mors figuratiue. Unde vulgariter re
gulares dicuntur mortui: et seculares viuētes.
Et tamen malus secularis vere mortuus est: et
bon⁹ regularis vere viuens. Nā malo secula-
ri dicitur. Apoc. iij. Nomen habes vt viuas et
mortuus es. Et de sanctis dicitur. ij. Cor. vj.
Quasi morientes: et ecce viuimus. Mortui. n.
sūt pctō: viuētes aūt deo. Juxta illud ad Ro.
vj. Existimate vos quidē mortuos esse pecca-
to: viuentes aūt deo in xp̄o Jesu. Quare aūt

religiosi mortui dicūt̄ ꝑit aliq̄ ꝯgruitates ad-
duci. Pri̅o. n. morituruꝰ ꝯdit testamētū suū i q̄ le
gat aīaȝ suā deo ⁊ corpꝰ tumulo: facultates ami
cis: ⁊ sup his executores assigat ⁊ ꝯstituit. Isto
mō religiosus ꝓfitendo dat aīam suā deo: cor
pus assignat monasterio: facultates habitas: ⁊
habendas resignat mūdo. Executores illꝰ te
stamēti cōstituit ꝓlatos suos: quorū custodie
tā corpus q̄ȝ aīaȝ suā tradit. Itē moriturus inci
pit amittē calorē naturalē: postea sensuū visuȝ
exterioꝝ: sicut visus auditus ⁊ hmōi: tandē vl
timo motū suū ꝓpriū ita q̄ si moueri debeat d
loco ad locū: oportebit q̄ h sit p alios nō p seip
sū. Deinde amittit loquelā: pānus ei tribuitur
breuis ⁊ in certa mēsura: ⁊ sic finaliter abscōdi
tur in sepultura. Isto mō moralit̄ ingrediens
religionē. Primo amittit calorē: h est oēm ca-
lorē carnalē: vel mūdialē amicoꝝ vel parentū
q̄ posset a mūdi ꝯtēptu ⁊ sancta ꝯtēplatiōe re-
tardari. Scdo amittit q̄si visū sensuū exterioꝝ
p honestā ⁊ religiosaȝ custodiā: visus: auditꝰ: ⁊
gustꝰ. Tertio pdit q̄si loq̄lā p silentiū loci ⁊ tpi-
bus ꝯuenient̄ seruatū: Silentiū nāq̄ȝ multū
iuuat ad mētis recollectionē ⁊ grām ꝯsequēdā.
In cuiꝰ figurā zacharias mutꝰ genuit Ioānē
.i. gratiā. Luc. i. Quarto pdit motuȝ ꝓpriū .i.
ꝓpriā voluntatē: q̄z nusq̄ȝ se mouet vel vadit:
nisi p obedientiā vel licentiā ꝓlatorū. Quinto
tribuit̄ sibi pannꝰ modicꝰ: q̄z habitꝰ vilis ad ne
cessitatē nō ad supfluitatē. Et sexto tandē ab-
scondit̄ in claustro q̄si in sepulchro suo: ne p se
culi tumultus a sanctis occupatiōibꝰ pturbet̄.
Vñ istis sic mortuis dicit̄ ad Col. iij. i pncipio.
Mortui eñi estis: ⁊ vita vestra abscōdita ē cuȝ
xp̄o. Scda mors est carnalis resolutiōis: ⁊ h
est multifarie meditanda. Eccl. xiiij. Memor
esto q̄m mors nō tardabit. Et sicut idē cibus ē
ifirmo amarꝰ: ⁊ sano suauis: ita memoria mor
tis sanctis ⁊ v̄tuosis hoibꝰ ē valde delectabilis:
impijs aūt ⁊ pctōribus mirabilit̄ amara. Eccl.
xli. in pncipio. O mors q̄ȝ amara est memoria
tua hōi iniusto: ⁊ pacē habēti in substātijs. i. di-
uitijs suis. Et infra. O mors q̄ȝ bonū ē iudiciū
tuū hōi indigēti: ⁊ q̄ minorat̄ viribꝰ. Ista medi-
tatio fac̄ mundū ꝯtēnē. Iero. ad Paulinū. Fa
cile ꝯtēnit oīa qui cogitat se q̄tidie esse moritu-
rū. Facit hominem carni resistere. Iuxta illud
Nō alit̄ meliꝰ poterit caro viua domari. Mor
tua qualis erit q̄ȝ semp p̄meditari. Itē facit ho
minē peccata vitare. Eccl. vij. in fine. In om-
nibꝰ opibus memorare nouissima tua: ⁊ in eter-
optime fouꝛ maxime iuniperi. Dicit Isi. xvij.
Etymo. c. vij. q̄ Juniperus arbor sic vocatur
ideo q̄si gignēs pyr. i. ignē qꝛ ꝯceptū ignē adeo
diu ꝯseruat q̄ si prune ex eius cinerib⁹ fuerint
coopte. vsqꝫ ad annū pdurāt. Juniper⁹ quasi
gignēs pyr id est igneꝫ debet esse hō moralit: q̄
ignē feruētis ꝛ deuote dilectionis in altari sui
cordis iugiter ꝯseruare teneꝛ. Juxta illud Le-
uit. vj. Ignis in altari meo semp ardebit. Si
ergo istū ignē deuotionis ꝛ dilectiōis dei p to
tū annū vite nr̄e seruare velim⁹: inuoluam⁹ cuꝫ
in cinerib⁹ carnis nr̄e. In altissimis mōtib⁹ in
ueniūꝛ cineres incōuulsi p annū. sic in mētib⁹
sanctoꝝ iugis est mēoria mortis cū deuotione
ꝛ penitētia ꝛ rephensiōe suoꝝ vitioꝝ. Exēplo
Job qui dixit. Meipm rephēdo ꝛ ago penitē
tiam in fauilla ꝛ cinere. Job. xlij. ¶ Tertio iste
cinis ornat orationē. Quāto eīn paup se magis
humiliat ꝛ necessitates suas declarat. tāto faci-
lius impetrat qḋ implorat. Sic nos qñ fragili-
tatē nr̄am corā deo fatemur facilit expedimus
Exēplū habem⁹ de Abraā. Gen̄. xviij. Qui do
mino supplicare ꝓponēs pmisit. loq̄r ad dn̄m
meū cū sim puluis ꝛ cinis. Et in hui⁹ figurā iu
dei deū orare volētes: capita sua cinerib⁹ con-
sperserūt. sicut in mltis locis scripture sacre di-
citur: vñ si fecerim⁹. dabiꝛ nobis corona p ci-
nere. Sicut dicꝛ Esa. lxj. vñ v̄sus. Dic hō vas
cinerū quid ꝓfert flos facierū: Copia quid reꝝ
m orsvlatia meta dictum: Flores marcesces
cades in morte nigresces. Audis sur desces
formidas nilla pauesces. Hec lege lecta tene: la
chrymis laxenꝛ habene. Ne pateat pene tibi
ianua tpe cene. Forma genus mores sapiētia
vis ꝛ honores. Nō retinēt hoiem quin redit i
cinerem. Item Oīa cūcta suos repetunt: ma-

treq̃ requirunt. Et redit in nihilum quod fuit ante nihil. Lectio. XVI

Et trãsiet vita no

stra tanq̃ vestigiũ nubis: ⁊ sic nebula dissoluet̃ q̃ fugata est a radijs solis: ⁊ a calore illꝰ aggrauata. Postq̃ sapiẽs posuit opinionẽ impioꝝ ⁊ totaliter pctõ deditoꝝ de morte hoĩs. q̃ opinio posuit hoĩez sicut brutũ oĩno resolui in elemẽta. Posuit etiã ad hoc ꝓbandũ ratiões quibꝰ arguũt naturalit̃ ⁊ phisice. Hic ꝯseq̃nter ponit rões quibus h̃ ꝑsuadẽt exẽplariter ⁊ rhethorice. Et sumuntur ista tria exẽpla de quibusdã impssiõibꝰ que generant̃ i sblimi: videlicet de nube ⁊ d̃ nebula. Est aũt generatio nubis d̃ vapore eleuato d̃ aq̃s. ⁊ terra vsq̃ ad mediũ interstitiũ aeris vbi ẽ locus frigidꝰ. Eleuat̃ eñ talis materia nubium virtute solis ⁊ corpoꝝ celestiũ imisso vapori q̃dam calore accidẽtali ꝑ quẽ ascẽdit. Cũ aũt ꝑuenerit ad mediũ interstitiũ aeris vbi est locꝰ valde frigidꝰ. tũ ꝓpter distãtiã a reflectione radioꝝ solariũ a terra: que r̃flexio calefacit aerẽ quẽ nos inhabitamꝰ. tũ ꝓpter ꝯsimilẽ distantiã a corporibꝰ celestibꝰ ⁊ sphera ignis calor icõpactꝰ nubi ꝑ quẽ ascendebat: deficit ⁊ corrũpit̃ ꝑ circũstantẽ frigiditatẽ ⁊ perit nubes ⁊ resoluitur in pluuiã vel in niues seu grãdines fm ꝑtãtem ⁊ fortitudinẽ frigoris cõprimẽtis. Sic igit̃ generat̃ nubes de vapore: ⁊ corrũpitur ꝑ resolutionẽ. Nebula aũt fm q̃ dicit Aristo. ij. meteo. est reliquie nubis vel nubiũ resolutarum aqua pluẽte: ⁊ ideo nebula signat serenitatẽ. Cõpãt ergo vitã nr̃am vestigio nubis q̃d est nebula fm Arist. Et sic ⁊: tenetur expositiue ꝑ. i. Uel vestigium nubis dicit̃ ꝑ ꝯtrariũ. quasi diceret: nullũ est vestigiũ nubis: sed tota disparet. Sic nulla erit nr̃a mẽoria sed oĩno ꝑibimꝰ in corpe ⁊ aĩa. Sed h̃ sũt due dubitationes r̃ales. Prima est quõ dicũt q̃ nubes siue nebula ꝑ calorẽ sol' aggũat̃. cũ calor nõ sit causa grauitatis nec descẽsus: s̃ magis causa leuitatis ⁊ ascẽsus sicut. j. ⁊. ij. meteo. satis patet. Ad hãc dubitationẽ respõdere possumꝰ mltipliciter.

Primo quia mali ⁊ impij loquũt̃ ⁊ nõ est incõueniẽs q̃ a ph̃ia aberrẽt: q̃r euanuerũt in cogitatiõibꝰ suis ⁊ obscuratũ est insipiẽs cor eoꝝ: dicẽtes eñ se esse sapientes stulti facti sũt. Roma. j. Jte in fi. istꝰ ca. Hec cogitauerũt ⁊ errauerũt: excecauit eñ eos malicia eorũ. Scd̃o põt dici sic q̃ cum nubes fuerit eleuata ad mediũ interstitiũ aeris calore solis recedẽte: non accedẽte ⁊ radijs nõ agentibꝰ sed deficientibꝰ: nubes aggrauant̃ ꝑ frigiditatẽ circũstantẽ et sic descẽdit rediẽs ad naturã aque de q̃ fiebat: ⁊ sic voluit dicere q̃ nubes fugat̃ radijs sol' deficiẽtibꝰ: ⁊ aggrauat̃ calore illꝰ deficiẽte. Tertio põt dici q̃ nubes vl' nebula q̃sq̃ a radijs ⁊ a calore solis rarescit: ⁊ q̃ñ est rarior tũc frigus circũstãs eã magis penetrat ⁊ infrigidat ⁊ fac̃ redire ad naturã ꝓpriã: q̃r oĩs vapor est essentialiter frigidꝰ cũ oĩs vapor sit aqueꝰ vel terreꝰ.

Scd̃a dubitatio est de mõ loq̃ndi impioruz q̃r videt̃ q̃ sacra sc̃ptura eodẽ mõ loq̃ndi viat̃ tãq̃ vita corporis hũani nõ sit denuo reparãda. ⁊ arguit̃ hoc multipliciter: primo sic in p̃s. Remitte mihi vt refrigerer p̃us q̃ abeã ⁊ amplius nõ ero. Scd̃o sic Job. vij. Sicut ꝯsumitur nubes ⁊ ptrãsit sic q̃ descẽdit ad ĩfernũ nõ ascẽdet vt reuertat̃ vltra in domũ suã. Jtẽ Job. x. Uadã ⁊ nõ reuertar ad terrã tenebrosã: ⁊ op. mor. ca. Jtẽ. ij. Regũ. xij. Uadã ad illũ ille xo nõ reuertet̃ ad me. Jtẽ Eccl. iij. Unꝰ est interitus hoĩs ⁊ iumẽtoꝝ ⁊ equa vtriusq̃ ꝯditio. sic morit̃ hõ sic ⁊ illa moriunt̃. Jtẽ in p̃s. Sepulchra eoꝝ domus illoꝝ in eternũ. Jtẽ Sapientie xvj. Hõ q̃dẽ ꝑ maliciã occidit aĩam suã. Et cuz exierit sp̃us nõ reuertet̃ nec reuocabit animã q̃ recepta est. Jtẽ. ij. Reg. xiiij. Oẽs morimur ⁊ q̃si aque dilabimur ĩ terrã que vltra nõ reuertent̃. Item Algazel. v. Metha. sue. ca. iiij. dicit q̃ aĩa que est exꝑs scientiaꝝ ⁊ sordida ꝓpter ꝯsuetudinẽ voluptatũ cruciat̃. q̃r amissũ est instrumẽtũ. s. corpꝰ sine quo nõ põt ꝯsequi illud ad quod eã reuocat ꝯcupiscẽtia. Et dicit ibidẽ q̃ illa est maxima pena eterna: sed eterna non foret si corpꝰ esset repãdũ. Jtẽ. j. Cor. xv. Caro ⁊ sanguis regnũ dei nõ possidebũt. In oppositum est illud Job. xix. Scio q̃ redemptor meus viuit ⁊ in nouissimo die de terra surrecturus sum ⁊ rursum circũdabor pelle mea ⁊ ĩ carne mea videbo deũ saluatorem meũ. Item Ezech. xxxvij. Ego aperiã tumulos vr̃os ⁊ adducam vos de sepulchris vestris ⁊ ibi dicit dominꝰ ossibꝰ aridis. Dabo vobis spiritũ ⁊ viuetis. Item Daniel. xij. Et Esa. xxvj. Et multis locis scripture sacre. Ad questionẽ. Credẽdũ est ⁊ asserendũ omnino q̃ vita humana est denuo reparanda. Anima eñ humana naturalem habet inclinationẽ ad corpus suũ eternaliter administrandũ. Naturalis autẽ inclinatio nõ est frustra. ergo cũ constet omnes mori: necesse est ponere corpora eoꝝ quandoq̃ ad vitam reditura. Ad primam auctoritatem de p̃s. sic exponit glo. Remitte mihi peccata mea vt refrigerer per misericordiam ab estu vitiorum prius q̃ abeam ⁊ amplius nõ ero. i. si nõ dimittis ibo de hac vita. et amplius non ero in vero esse quod est esse cum deo. Ad secũdum dicendum est q̃ Job loquitur de reuersione ad vitam istam mortalem. Et eodẽ mõ dicitur ad tertium ⁊ ad quartũ. Ad quintũ dico q̃ Eccle. loquitur more cõcionatoris: nũc in persona fatui: nunc in persona sapientis. Uel equa vel equalis est quantum ad apparentiam exteriorem. Ad sextum respondeo

Glo. in eternum hui⁹ seculi vel in eternum fm opinionē coꝝ falsam. Ad septimū loqͭ de reuersiōe ad vitā p̄sentē. Ad octauū similitudo est. Uñ sicut aque fluūt in terrā ꝛ reuertunt ad mare vt iterū fluāt: sic dicit Eccꝭ. i. Ita corpa redeūt ad terrā ꝛ resoluūt vt iteꝝ v̄tute diuina resurgant. Ad nonū glo. exponit sic Caro ꝛ sanguis ꝛc̄. id est hoies dediti vicijs q̄ ex carne ꝛ sanguie oriunt. Ad decimū negādus est q̄ infidelis nec ꝓbat qḋ dicit. Et Auicēna magister su⁹ dicit oppositū. Dicit em̄. ix. methaph. ca. vij. q̄ aīa habebit corpus ad resurrectionē. Trāsiet vita nr̄a. Notandū q̄ scriptura sacra vitā humanā cōpat multis reb⁹: q̄ nūq̄ vl̄ raro alicui rei ꝑmanēti vl̄ stabili s̄ semper reb⁹ caduci ꝛ trāseuntib⁹. Cōpat sūt qn̄q̄ vita humana herbe: qn̄q̄ flori quādoq̄ nubi. quandoq̄ rori: quādoq̄ hospiti: qn̄q̄ cursori. Oia aūt ista trāsitoria sūt ꝛ momētanea ꝛ caduca. Primo mō loqͭ d̄ hoie ꝛ de vita humana. P̄s. Mane sicut herba trāsiet: mane floreat et trāsiet: vespere decidat ꝛ arescat et induret. In isto v̄su sic dicit Glo. Uitā hūanā inter tria tēpora diuidit. s. pueritiā: adolescentiā ꝛ senectutē. Tpe pueritie cōpat hō herbe nōdū florenti. In adolescēns cōpat herbe florēti. Uñ sic vulgariter dicit homini. q̄ est in florib⁹ suis ꝓpter p̄mas duas etates. Dixit em̄ p̄s. bis. Mane. Tertiū v̄o tps qḋ ē senect⁹ vocat vespere. Dic̄ ḡ mane. i. i pueritia sic herba trāseat. mane. i. i adolescētia sua floreat ꝛ transeat. sed vespe. i. i senectute decidat vl̄ infirmitate. induret ꝑ mortē. arescat ꝑ resolutionē in puluerem. Tertio vita nr̄a cōpat nubi. sic habet Job. vij. Sicut nubes ꝑ trāsit ꝛ ↄsumit: sic q̄ descēdit ad inferū nō ascēdet. Sicut em̄ nubes de inferiorib⁹ eleuat calore celesti ꝛ ascēdit volatq̄ i altuz ad tps. ꝛ qn̄q̄ in sua altitudine circūfert ꝛ agitat ↄtinue sine quiete. ꝛ tandē iterato i terrā resoluta descēdit: ita hoies in vita p̄nti oriūt de terra: eleuant ad dignitates ꝛ honores vbi circūagitant ꝛ fatigāt ꝛ inq̄etant. ꝛ tandē de dignitatib⁹ decidūt ꝛ ↄuertūt in terrā. Job. iij. Abstulit q̄si vēt⁹ desideriū meū: ꝛ velut nubes ꝑtransijt salus mea. Qualiter v̄o in nullo statu: in nullo gradu vel dignitate est quies ꝑfecta: pulchre determinat Boeti⁹. ij. d̄ ↄsola. p̄sa. iiij. Quis est inq̄t tam copiose felicitatis vt non ex aliq̄ pte cū stat⁹ sui q̄litate rixet? Anxia em̄ res ē hūanoꝝ ↄditio bonoꝝ: ꝛ q̄ vl̄ nūq̄ tota ꝑueniat vl̄ nūq̄ ꝑpetua subsistat: huic census exuberat s̄ ē pudore degener sanguis: hūc nobilitas notū fac: s̄ angustia rei familiaris inclusuo esse mallet ꝛ ignot⁹: ille vtroq̄ circūflu⁹ vitā celibē deflet. ille nuptijs felix: orbat⁹ liberis: alieno censu nutrit heredes. Ali⁹ ꝓle letat⁹ filij filieue delicis mest⁹ illachrymat: Jdcirco nemo facile cū fortune sue ↄditione ↄcordat. Inest em̄ singulis qḋ inexꝑt⁹ nesciat: expert⁹ exhorreat: hec ille. Quarto cōpat rori vita nr̄a. Osee. viij. de vita nr̄a. Quasi nubes matutina ꝛ q̄si ros mane ꝑtrāsiens. Arist. ij. metheoroꝝ: dic̄: q̄ ꝑmanētia roris nō est nisi vni⁹ diei. Quinto cōpat hospiti. Eccꝭ. xxix. Trāsi hospes ꝛ orna mēsaz ꝛ q̄ in manu habes ciba ceteros. Nulli bet em̄ n̄r̄m stat in vita ista: sicut i hospitio nō sicut in domo. Uñ Tulli⁹ de senectute. Sapiens de hac vita discedit tanq̄ ex hospitio: nō ex domo. cōmorādi em̄ diuisoriuz natura nob dedit. nō habitādi locū: recept⁹ in hospitio vsū hz dom⁹: lecti. vasoꝝ ꝛ hmōi. sed nō dominiū. Uñ nihil secū auferet: sed emit libere ꝛ expendit ꝛ tandē in fine ꝓ olb⁹ tenet cōputare. Sic est de nob: in vita ista sum⁹ in hospitio mūdi: vsum mūdanoꝝ hr̄e possum⁹ s̄ nihil asportare nobiscū in morte. Uñ Job. xxvij. Diues cum dormierit nihil secuz aufert. Uñ mūd⁹ similis ē Busiridi: de quo referūt fabule q̄ hoies solebat recipe sub specie pietatis ꝛ postea explorata oppⁿtunitate eosdē occidere. Isto mō mūd⁹ sub specie fauoris ꝛ amicitie admittit ꝛ educat hoies ad diuitias ꝛ dignitates vt eos ꝑ gulas libidines ꝛ ↄcupiscētias occidat. Sexto vita nostra compatur cursori. Job. ix. Dies mei velociores fuerūt cursore: transierūt ꝛ nō viderunt bonuz. Sic ergo patet quō vita nostra rebus transitorijs comparat iuxta respōsionem quā quōdā vetus palaciū dicit respondisse. Uñ Aristoteles in poetria inducit fabulam cuiusdā poete: quoddā palatiū desertū deplorantis in his verbis. Dom⁹ egregia cōpūgor ad lachrymas: tuā inspiciens solitudinem. At illa ↄtremuit cōpassa mihi ꝓpter lachrymarū multitudinē. Cui inquio. Ubi queso sūt qui quondā in te habitauerūt. ꝛ iocundā vitaz cū securitate ꝛ temporis amenitate duxerūt? At illa. Temporales inquit existentes: temporaliter transierunt cū tpe. ꝛ me quoq̄ sub sorte tēporis transituram dimiserunt: res nāq̄ nulle stabiles q̄ cuz fluxu h⁹ tēporis fluxibiles fluūt. Hec responsio hui⁹ palatij. Nota q̄ vulpecula transitura glaciem: nullo modo confidit i illa glacie si audit aquā currentē ꝛ fluentē fortiter sub glacie: timēs q̄ sit nimis tenuis ad portandam eam. Ista cautela debemus nos vti. Glorie mundi est quasi quedā pulchra ꝛ splendēs glacies: quia delectabile est honorari ab hominib⁹: pasci: potari ꝛ vestiri delicate: ꝛ hr̄e magnam familiam cui possit imperare. sed cauendum est quia glacies ista ē valde fragilis. Ausculta diligenter ꝛ audies murmur aquarum transeuntiuz sub ista glacie. Apoc. xvij. Aque multe: populi multi. Aduertas ꝛ audies quia mō transiet vnus rex in mortē: modo vnus comes: modo ep̄s. modo miles ꝛ sic de alijs. Et ido de ista glacie nō est ↄfidēdū. Rabanus in

legēda de oib⁹ sanct. Trāseūt cūcta q̄ tpalit̄ festiue celebrant̄ q: mūd⁹ trāsit ꝛ ꝯcupiscētia ei⁹. Qḋ exponēs Aug⁹ dicit sic. Ecce inq̄t mūdus trāsit ꝛ ꝯcupiscētia ei⁹. qḋ vis ḡ: vtrū amare tēporalia ꝛ trāsire cum tpe: an xp̄m amare ꝛ in eternū viuere? Rerū tpaliū fluui⁹ trāsit ꝯ tanq̄ iuxta fluuiū arbor nata est dn̄s iesus xp̄s. rapĭs in ꝑceps tene lignū. voluit te amor mūdi tene xp̄m. q̄ si amas istā vitā miserā ꝛ fluidam vbi cū labore viuimus: q̄to magis amare debes istā vitā eternā vbi nullū laborē sustinebis.

Lectio. XVII

[E]t nomen nostrū

obliuionē accipiet p tp̄s ꝛ nemo habebit mēoriā opm nroꝝ. Postq̄ in pij declarauerūt q̄ totū gen⁹ hūanū perit post mortē q̄tū ad corp⁹ ꝛ q̄tū ad aiam ita q̄ nihil hois manebit s̄m rē. Hic intēdūt ꝓbare vlterius q̄ totū gen⁹ hūanū pibit etiā s̄m opinionē. ita q̄ ois hō pibit nō soluꝫ s̄m psonā ꝯ etiā s̄m famā. Circa istā questionē duo fac: q: p̄mo ꝓponit. scḋo ꝓbat. ibi: Umbre trāsit⁹.

A Circa primū ē sciēdū q̄ fama hois duplicit̄ diuulgat̄ ad mltos: vno mō p altitudinē magnoꝝ statuꝫ. Alio mō p magnitudinē bonoꝝ opm. Propt̄ p̄mū reges ꝛ p̄ncipes ꝛ oēs generalr̄ potētes magis sūt noti q̄ psone p̄uate. ꝓpter scḋm legim⁹ apḋ veteres q̄ psone q̄ mag̃ ꝛ mira fecerūt vel mltū vtlia reipublice. successores eoꝝ non solū in mēorie cōmēdauerūt: imo sic deos colere in etna mēoria statuerūt. Sic Dyonisi⁹ quia p̄mo vitē colere docuit: liber pater vini appellatus est ꝛ apḋ grecos deificat⁹ est. Sic minerua q: p̄mo docuit vsū olei sic docet Aug⁹. xviij. d ciui. dei. c. xij. Sic Isis ꝛ Serapis apud egyptios colebant̄. sicut patꝫ. c. v. eiusdem libri. Sic Hercules ꝛ Ulyxes: Aiax ꝛ Hector ꝛ mlti corpe strenui: nomen ꝛ famā p opa bellica ꝑpetuare conati sūt. Sic etiaꝫ poete metris ꝛ carminib⁹ tā se q̄ alios in etna mēoria apḋ hoies cōmendare satagerūt: vt̄ Ouidi⁹ in fine metha. dicit sic. Iāq̄ op⁹ exegi qḋ nec iouis ira nec ignis. Nec poterit ferꝝ nec edax abolere vetustas. Cū volet illa dies q̄ nil habet corpis h⁹. Ius hꝫ incerti spacium mihi finiat eui. Parte tn̄ meliore mei sup alta pennis. Astra ferar nomenq̄ indelebile nr̄m. Quaq̄ patꝫ domitis romana potētia t̄ris. Ore legar ppli ꝑq̄ oia secl'a fama. Si qd hn̄t veri vatū p̄sagia viuā. Uult dicē q̄ tale ꝛ tm̄ op⁹ ego cōpleui q̄ p illud habeo eternā mēoriā in ore hoim. q: op⁹ istud nec fulmen nec ignis nec ferꝝ in bello nec obliuio tpis poterit abolere. ꝛ ideo veniat mors qn̄ sibi placuerit: q: nō curo ḋ ea ꝓpt̄ duo. Primo q: nō hꝫ ius nisi i corp⁹ meū. ego fact⁹ sū pennis s̄m animā q̄ ē ps melior mei ferar sup astra i celū empyreū q̄ nlla mors pōt attingere. Scḋo q: licꝫ mors possit delere ꝛ destruere corp⁹ meū: nomē tn̄ meū delere nō poterit: q: p totū mūdꝫ vbi viget hūana potētia legar ore ppli. ꝛ sic licꝫ nō corpe viuā tn̄ in noie ꝛ fama. Iste fuit f̄ h̄ bone spei ꝛ sane opinōis p pte. Sed nō sic isti impij q̄ sūme desiderauerūt eternitatē sui nois ꝛ mēoriā suoꝝ opm: ꝛ tn̄ desperātes dixerūt. Et nomē nostrū nō obstāte statu ꝛ dignitate quā habuim⁹ obliuionē accipiet p tp̄s. i. p lapsum tpis. oia enī tabescūt ꝛ corrūpūt̄ in tpe: ꝛ obliuio fit ꝓpt̄ tp̄s. iiij. Phi. ca. de tpe.

B Est etiā i ista lectiōe notādū q̄ circa nois celebritatē ꝛ famā diuersimode se disponūt homies in p̄nti. Quidā enī nomē suum ambiciose magnificāt ad ostētationē. Quidā nomē suū scādalose vilificāt in detestationē. Et q̄dā nomē suū v̄tuose dignificāt ad edificationē. Primi nomē suū ꝛ famā excellent̄ appreciantur. Scḋi nomē suum negligēter aspernāt̄. Tertij nomē suū cōuenienter venerant̄. Primi sūt hoies vani ꝛ mūdani q̄ nihil aliḋ in suis opatiōib⁹ appetūt nec intēdūt: nisi qḋ sint magni nois ꝛ famose opiniōis apḋ hoies. ꝛ isti scribūt noia sua in cineribus h̄ est i vanis mēorijs hoim q̄ nō sūt nisi terra ꝛ cinis. Eccl̄i. vij. in fine. Ois hō terra ꝛ cinis. De q̄b⁹ loq̄t̄ btūs Greg. ij. mora. ca. xviij. Oēs q̄ hinc seclo cogitatiōe t̄rena ꝯformāt̄: p oīne qḋ agūt hinc mūdo relinq̄re sui nois memoriā conāt̄. Alij belloꝝ titulis. Alij edificioꝝ menib⁹ alij. Alij diserti doctrinaꝝ sectarum libris insistēter elaborāt sibiq̄ mēorie nomē edificāt. Hec ille. Et q̄ fatue hoc fiat: ostēdit paulo post subdēs. Cūlibet inde q̄sq̄ p faciēda glīa sui nois laborauit: mēoriā suā q̄si currē posuit: q: hāc cur⁹ vēt⁹ mortalitas rapit. Et ecōtra de iustis dicit̄. In mēoria etna erit iust⁹. Contra tales q̄ sic nimis appreciant̄ tāq̄ summū negociū fame glīam ꝛ nois celebritatem. arguit Boeti⁹ de conso. li. ij. p̄sa. vij. Declarās fame vanitatē p q̄nq̄ rōnes. Proximo ex terreni spatij puitate sic. Tota t̄ra nō hꝫ nisi rōnē vni⁹ puncti respectu celi sicut probat ptolemeus: in sua almagesti distinctiōe. j. ca. ix. Et Alphorabius de differētijs astroꝝ differētia. ij. Sꝫ de supficie terre tm̄ q̄rta ps est habitabilis nec tn̄ illa tota. Tū ꝓpter ptes propinq̄s equinoctiali ex vna pte vbi est nimi⁹ calor. tū ꝓpt̄ ptes ꝓpinq̄s polo artico ex pte boreali. vbi ē algor et frig⁹. Quid ḡ magnū ē dato etiā q̄ hō p totuꝫ mūdū q̄ nō est nisi ps p̄ūcti possit nomē suum diuulgare Iob. xx. Gaudiū hypocrite ad istar p̄ūcti. Scḋo sic. Impossibile ē q̄ diuulget̄ nomē suū vbiq̄ p mūdū ꝛ h̄ ꝓpt̄ difficultatē itineris ꝛ defectū cōicatiōis ꝛ vict⁹ q: nō [illegible] hoies sibuinicē cōicant. Tertio q: dato q̄ possent nō pcederet vbiq̄ ad gliaꝫ. q: illḋ qḋ vna gēs approbat ꝛ cōmendat: alia deridet ꝛ damnat. Quarto q: hoies moriuntur ꝛ memoria [illegible]

tu i pibit. Vñ dicit: quis hz modo memoriã ſe-
dectio fabricij vel catonis vel bruti. iacent vtrqz
noia coꝝ in pauculis lrĩs. nec cũ legim⁹ lrãs ꝑ
lrãs habem⁹ nonciã ꝑſonarũ. Quinto ſic.
Ille q̃ intẽdit viuere in noie ſuo in mẽorijs ho
minũ: facit ſibi duas mortes: vnã corpis ⁊ aliã
poſtea ſui nõminis qꝛ neceſſario a mẽorijs ho
minũ cadet. Ad idẽ adducit duas rõnes li. iij.
ꝯſo. viij. Primo ſic. qḋ falſa opiniõe ꝓfert nõ
debet eſſe de iure magni põderis apud hoiez
ſed pleriqz nomẽ falſũ vulgi opinionib⁹ obtu-
lerũt. ergo. Scḋo ſic. Illud qḋ falſo iudicio da
tur: vel ſi ꝟo iudicio def nõ diu ꝑſeuerat non
debet eſſe magni põderis apud animũ ꝟtuoſi
hois: ſed fauoꝛ popularis nũqz ꝓuenit ſm bo-
nũ iudiciũ: vl' ſi ꝓueniat ſm bonũ iudiciũ non
diu ꝑſeuerat in vno: ſed qḋ iſti placet alteri di-
ſplicet. ergo fauoꝛ ꝑli nõ debet hoiem multuz
mouere. Patet ḡ vanitas hoim qui nomẽ ſu-
um ambicioſe magnificãt ad oſtẽtanonẽ. Et ḋ
talib⁹ inuenim⁹ ſcriptuz Gen̄. xj. de filijs noe
poſt diluuiũ q̃ dixerũt. Celebrem⁹ nomen no-
ſtrũ anteqz diuidamur in vniuſas terras. ⁊ ce-
perũt edificare turrim cui⁹ culmen attingeret
ad celũ. Et q̃d accidit: Certe volebãt ſibi face-
re nomẽ honoris: ⁊ fecerũt ſibi nomẽ ꝯfuſiõis
Et idcirco vocatũ eſt nomẽ ei⁹ Babel. i. ꝯfuſio
De talib⁹ eciã habem⁹ exemplũ. j. Machabeo
ꝝ. v. q̃ Joſeph⁹ ⁊ azarias ꝓncipes iudeoꝝ
dixerũt. Faciam⁹ ⁊ ipi nobis nomẽ: ⁊ eam⁹ pu
gnare ꝯtra gẽtes. Et ſeq̃. Et ceciderũt illa die
de ꝑplo ad duo milia viroꝝ. Scḋo ſũt aliqui
q̃ ſcandaloſe nomẽ ſuũ vilificãt: nomẽ ſuũ ne-
gligẽter aſpernãt: hmõi ſũt iſti notorij pecca-
tores q̃ ꝑdita verecũdia iugerũt alijs exẽpluz
male viuẽdi ⁊ peccãt ſine freno: ⁊ iſti ꝓprie lo-
quẽdo ſcãdaliſant eccliam dei. prebentes infir
mis occaſionẽ peccandi ⁊ ruine ꝑuerſo exem-
plo. Naturale eſt em̃ homini cũ ſit aĩal pollin-
cũ ꝯformari ſcmoꝛib⁹ coꝝ cũ quib⁹ ꝯuerſatur
⁊ viuit. Vñ de talib⁹ cõquerit Jacob⁹ i cano.
ſua. c. ij. Nõne ipi blaſphemãt nomẽ bonũ qḋ
inuocatũ eſt ſup vos. Bonũ eiũ nomẽ qḋ vo-
catũ eſt ſup vos: eſt nomen ieſu xp̄i. Tertio
ſũt aliq̃ q̃ nomẽ ſuũ ꝟtuoſe significant ad edi-
ficationẽ: ⁊ ſũt tales q̃ honeſte ⁊ laudabiliter in
exteriore hoĩe ꝯuerſanť: dãtes alijs ſcrũ exẽ-
plũ viuẽdi: de quoꝝ quolibz dici põt illḋ Heſt.
ix. Fama nois ei⁹ creſcebat q̃tidie. Nota q̃
eſt de fama hois ſicut de paratura piri vel po-
mi: illa paratura ſi deleať a pomo paucũ valet
⁊ qñ tñ eſt cũ pomo bñ ꝯſeruat pomũ. ⁊ qñ au-
ferť. pomũ ſtati corrũpiť. Iſto mõ eſt de fama
q̃diu hõ habet famã integrã cohibeť: ⁊ ꝓuať
ꝑ eã a mltis peccat. Sz reuera ꝑdita fama ho-
minis vnũ de maximis refrenat a pctõ: ẽ ꝑdi-
tũ: ⁊ ex tũc ꝑſona putreſcit ꝯtinue ſicut pomuz
putreſcit cortice denudatũ. Prouer. x. Memo-
ria iuſti cũ laudib⁹ ⁊ nomẽ impioꝝ putreſcet.

Nota q̃ int' illḋ qḋ ſcribiť in celatura dom⁹
et illud qḋ ſcribiť in pauimẽto: magna differẽ
tia eſt: qꝛ illud qḋ ſcribiť in pauimẽto de terra
ꝯculcať ⁊ deleť de facili. ſilr nõ põt videri niſi
a paucis ⁊ nõ ab oib⁹ q̃ ſunt in domo: qḋ au
tẽ in celatura ſcribiť ab oibus ſil' videri poteſt
Moraliter celatura mũdi eſt celũ ⁊ pauimẽtũ
eſt t̃ra. In h̃ pauimẽto hoies mũdant: quoꝛuz
quilibet põt dicẽ. Adheſit pauimẽto aĩa mea:
ſcribũt noĩa ſua ⁊ ꝑpetuare conanť. Juxta il-
lud p̃s. Vocauerũt noĩa ſua i terr' ſuis: ⁊ Hie-
re. xvij. Recedẽtes a te in t̃ra ſcribenť. Et cer-
te dupliciter fraudanť ab intentiõe ſua. Tũ qꝛ
pauci legũt famã nois coꝝ qꝛ viciñ ⁊ ꝯtempo-
ranei coꝝ: tũ qꝛ illi q̃ p̄ceſſerũt ⁊ multi q̃ ſucce-
dẽt nihil ſciẽt de eis. Itẽ ex alia ꝑte hiſtriones
⁊ diuites ⁊ raptores quib⁹ dederunt bona ſua
vt multiplicarẽt nomẽ eoꝝ morienť ⁊ ꝑ ꝯſeq̃ñſ
nomen coꝝ delebiť. In p̄s. Nomen coꝝ dele-
ſti in eternũ ⁊ in ſeculũ ſeculi. Sz viri ſcti ſcri-
bũt noĩa coꝝ i celatura mũdi h̃ eſt i celo vbi eſt
liber vite. Et ſic celũ ẽ incorruptibile ita nomẽ
indelibile. Apoc. iij. Nõ delebo nomẽ ei⁹ de li
bro vite. vñ ab oib⁹ videbiť in die iudicij ⁊ ibo
ſignanť diať Luc. x. Gaudete ⁊ exultate quia
noĩa vr̃a ſcp̄ta ſũt i celis. Figura ẽ ad h̃ q̃ xp̄s
narrãs hiſtoriã de Lazaro ⁊ diuite Luce. xvj.
nomẽ diuitis noluit mẽorari: in ſignũ q̃ fuit
deletũ In p̄s. Nec mẽoꝛ ero noim coꝝ ꝑ labia
mea: nomẽ aũt paupis ſignãť exp̄ſſit. Ecci. xv.
noĩe et'no hereditauit illũ. Tertio notandũ
q̃ nomẽ cuiuſlibet ꝟtuoſi tria debet hr̃e: vide-
licz honorẽ honeſtat': tenorẽ veritat' ⁊ fauorẽ
pietat'. Primo vt fama nr̃a ſit honeſta ⁊ mũ-
da. Scḋo q̃ ſit vera q̃ nomẽ ꝯcordet cum re iu
xta illḋ p̃s: ſm nomẽ tuũ ſit ⁊ laus tua: Sz timẽ
dũ eſt q̃ mlti magnũ nomen hñt ⁊ nihil de re.
imo hñt noĩa ꝑ antifraſim. ſic bos niger vocať
cignus ⁊ ſic q̃uidã appellãť paſtores ⁊ ſũt lupi.
diſpẽſatores appellanť ⁊ ſũt diſſipatores: ap-
pellãť rectores ⁊ ſũt deſtructores. de q̃ꝝ q̃libet
dr̃ Apoc. iij. Nomẽ habeſ q̃ viuis ⁊ mortu⁹ es
Hi ſũt ſiles pomis q̃ naſcũť iux̄ mare mortuũ
q̃ vſqz ad maturitatẽ ſũt coloris honeſti ſ; ſi ea
matura ſcidas nihil it⁹ inuenies niſi cineres ⁊ fa
uillas: ita q̃dã nomẽ hñt i ſtatu ⁊ fama: ſ; ſi in-
trinſec⁹ apiãť: turpib⁹ ⁊ vilib⁹ abhoĩanõib⁹ ſũt
repleti. Vñ tal' caret tenore ꝟitat' in noie ſuo ⁊
verificať de eo qḋ ſcp̄ſit q̃dã cleric⁹ de abbatia
q̃ vocať vallis dei: Cũ cleric⁹ q̃dã fuiſſet ibi crũ
liter hoſpitat⁹ ſũmo mane recedẽs ſcp̄ſit hos
ꝟſus i porta. Vallis dicta dei dom⁹ ẽ mire ſpe
ciei. Magnũ nomẽ ei gr̃a nlla rei. Tertio dz
ꝟtuoſus ꝓuidere q̃ nomẽ ſuũ hẽat fauorẽ pie
tat': nã ſi fama hois ꝯſperſa ſit crudelitatib⁹ ⁊ i
miſcordia neccãrio erit odioſuſ: ⁊ ꝑ oppoſitũ ſi
fama pietatis de aliquo diuulgeť fiet diligibiť

uniuersis. Cant. j. Unguentū effusū nomē tuū. ideo adolescētule id est psone pficientes τ honeste dilexerūt te nimis. Dubitatio pōt esse utr̄ sit homini ꝟtuosum negligere famā suā: Nō sic videt̄ q2 fama hoīs est de bonis fortune: sicut patet p Boetiū. ij. τ. iij. de cōso. s3 bona fortunalia videt̄ esse ꝟtuosū ꝯtemnere. sic faciunt sancti q̄ omnia ꝓpter xp̄m relinquūt.

Preterea illud est ꝯtemnēdū cui⁹ cōtempt⁹ ducit ad pfectionē: sed tale est nomē vł fama. Uñ Mathei. v. Beati eritis cum vos oderint. τ eiecerint nomē vestrū tanq̄3 malū τc. ḡ in famia noīs fac̄ beatū esse. Preterea. ij. Cori. vj. in omnibus exhibeam⁹ nos sicut dei ministros τc. Et infra. p infamiā τ bonā famā Glo. Exhibeam⁹ nos deo vt nec d̄ bona estimatiōe supbiam⁹ nec de mala doleam⁹. ergo si nō debem⁹ dolere de infamia. nec debemus curare de fama. Ad oppositū dicit̄ Eccl. xxxxj. Curā habe de bono noīe. h3 eīm magis pmanebit tibi q̄3 mille thesauri magni τ pciosi. Et puer. xxij. Meli⁹ est nomē bonū q̄3 diuitie mlte. Responsio q sicut dicit Aug⁹. de cōmuni vita clericor. Et allegat̄. xj. q. iij. nō sūt audiēdi. Et. xij q. j. Nolo. Due res sunt ꝯsciencia τ fama. Conscientia est nobis necessaria ꝓpter nos: fama ꝓpter ꝓximos: τ ideo ꝯtemnere ꝓpriā famaȝ pctīm mortale est: τ negligere est peccatum vel veniale vel mortale ꝭm q negligentia est maior vel minor. Cui⁹ ratio est q2 est directe cōtra caritatē cui⁹ est ꝓximū edificare p bonā edificationē vel bonā ꝯuersationē. Unde omnis hō triplex testimoniū tenet̄ hr̄e. videlicet A supiore ab iteriore τ ab exteriore. A supiore. s. a deo ad Ro. viij. Ipse aūt spirit⁹ testimoniū reddit spiritui nostro q sum⁹ filij dei. Ab interiore. s. ꝯsciencia nostra. ij. Cori. j. Gloria nostra hec ē testimoniū ꝯscientie nostre. Ab exteriore. s. pximo. j. Thimo. iij. Oportet aūt sanctos testimoniū habere ab his qui foris sunt. Duo prima testimonia necessaria sunt ad salutē. Tertium est vtile. tñ sine hoc est salus. Ad primū dico q bona fortunalia nō sūt negligenda nisi p q̄to dant impedimētū virtuti. Bona aūt fama nō impedit sed magis ꝓmouet ad virtutem: amor tñ siue cupiditas bone fame potest esse nimia: sicut amor cibi vel potus vel vestis q̄uis vtrūq3 sit necessariū ad vitā. Ad scd̄m dicendū q benedictio illi⁹ beatitudinis referetur ad patientiā infamie iniuste illate: nō autē ad negligentiā bone fame: sicut si oculi homis eruerēt̄ ꝓpter xp̄m laudabilis esset patientia: tamen negligentia patiendi vel custodiendi oculū in nllo debet cōmendari. imo iste terminus negligentia exp̄sse importat defectū virtutis. Unde in illa materia est negligentia bona Ad tertiū dicendū q glosa vult dicere q de infamia de nobis iniuste suscitata nō dolere debemus sed patienter sustinere: nullo tñ modo occasionē dare debem⁹ q de nobis fama mala iuste valeat suscitari. Lectio. XVIII

Ubre transit⁹ est

tempus nostrū τ nō est reuersio finis nostri quoniā ꝯsignata est τ nemo reuertit̄. In parte pcedēti ꝓposita est vna ꝯclusio ꝓbanda ꝭm opinionē3 impiorū3. τ est ꝯclusio ista q totū genus humanū annihilabitur: destrueret̄ τ pibit: nō solū ꝭm rem: s3 etiam ꝭm nomē τ memoriam aliorū: ita q nec homo erit in re nec in opinione. Posita aūt hac opinione in lectione hodierna: subiungitur ei⁹ ꝓbatio que talis est. Inter omnia que sensu distinguimus illud qd̄ minus īmanet mēorie nostre est vmbra corpis moti ꝯtinue: nā talis vmbra ꝯtinue variat̄: sed vita nostra est similia p omnia tali vmbre. ergo oīno necesse est q eius memoria oīno deleat̄. Posset ad questionē responderi q licet pereat memoria istorū3 hominum p certo tempore: alias tñ renouabit̄ per corporis resurrectionē. Et ideo hanc responsionem consequenter impij excludūt p modum istum. Illud quod est ꝓhibitū τ quasi p ꝯsignationē nature firmatū: nō pōt mutari: quia cursus nature est īmutabilis in hoc q a priuatione in habitū impossibilis ē regressio: sed reuersio post mortē que est finis noster est a natura ꝓhibita τ q̄si p signationē nature firmata q2 natura nō vrit̄ isto modo ꝓducēdi vel reparandi hoies q eos de morte reducat ad vitam sed cursus vite nostre est talis q de non esse ꝓducitur ad esse: τ iterū post vitā ad nō esse ducitur per mortē: τ d̄ isto gradu nunq̄3 reducit̄ p naturā ad esse: τ hec est sententia lr̄e. Circa istā lectionē quero istā questionē. Utrū3 resurrectio omnium generaliter sit futura: excepto tamē a titulo questionis xp̄o τ sua matre benedicta de qua pie credit ecclesia q sit in ea resurrectio cōpleta? Et arguo ad questionē q nō: primo p illud Danielis. xij. Multi de his qui dormierūt in puluere tre euigilabūt. Ista locutio particionē q̄rdam importat: ergo non omnes resurgent. Itē in p̄a. Non resurgunt impij in iudicio. sed omnes qui resurgent: ad iudicium resurgent: ergo impij nō resurgent. Itē Job. xiiij. Homo cum dormierit nō resurget donec atterat̄ celū: sed hoc nunq̄3 erit. Itē illi qui cū xp̄o resurgente resurrexerunt simul cum xp̄o: ascenderunt in corpe τ anima: ergo in eis est resurrectio cōpleta. Aficedēs patet p Rabanū τ habet̄ i glo cōt. Qui resurgēte domino resurrexerūt a mortuis etiā ascēdēte ad celo a sil'a scēdisse credēdi sūt: nec vlla rōne eorū temeritati fides accomodanda est: qui eos postea reuersuros in cinerē ac denuo i monumētis: q̄ triduo patefacta sunt ab eis quibus

paulo ante apparuit esse vivi: more mortuorum putam esse pueros. Hec ille. Item si iterũ moriebãtur cũ anima non separaretur a corpore sine pena: bis passi sũt penã mortis: sed hoc est iniustũ: quia ad Heb. ix. Statutũ est hominib⁹ semel mori. et per consequẽs per vnã mortẽ esse debitũ pene solutum. Itẽ ipsi resurrexerunt vt essent socij et testes resurrectionis xpi: sed xps resurgẽs ex mortuis iam nõ moritur. quia eius resurrectio fuit ad vitam eternã: ergo et corporum similiter. alias non erãt testes sufficiẽtes per totũ. Ad oppositũ sunt verba saluatoris Joh. v. Oẽs qui in monumẽtis sũt audiẽt vocẽ filij dei et qui audierit viuẽt. Item j. Cori. xv. Omnes quidem resurgem⁹. Itẽ ait apłus ad Ro. v. Quia si petũ et mors per trãsijt in oẽs hoĩes per vnũ siue propter culpã originalẽ ergo multo magis resurrectio ad vitã dabitur a xpo in oĩes hoĩes. Ad istam questionẽ sine scrupulo est dicendũ quod sic: sicut euangelium et apostolica doctrina testatur tam in locis ad oppositũ allegatis quam in multis alijs. Rationẽ istius resurrectiõis assignat sctũs Thomas sup. iiij. Sententiarum. di. xliij. ar. j. et ij. talẽ. Omnes homines appetũt beatitudinẽ. Iste appetit⁹ nõ cõpletur in vita ista nec in vita alia potest impleri in sola anima. ergo necesse est quod cõpleatur in vita alia vbi anima corpori sit coniuncta. Sed cũ doctoris reuerentia hec ratio nihil facit pro resurrectiõe dãnatorum in quibus oportet concedere quod appetit⁹ beatitudinis frustrabitur in eternum. Et ideo alij assignãt aliã rationem: sicut Richard⁹ de media villa di. preallegata. Que ẽ talis. Nulla naturalis inclinatio est frustra: sed oĩs anima rationalis habet naturalẽ inclinationẽ ad regẽdum et gubernãdũ corp⁹. ergo oĩs aĩa rationalis corpori vnietur. Sed nec ista ratio cogit intellectũ ad assensũ quia naturalis inclinatio volũtatis oĩm hoĩm est ad bñ viuendũ. sm Augl. xiij. de trini. et in multis alijs locis: et tñ constat sm fidẽ quod appetit⁹ frustrabitur in multis: quia multi sunt vocati pauci xõ electi. Et ideo tenendũ est quod sic: quia hoc sonat sacra scriptura expsse: hoc etiã ẽ sanctis patrib⁹ reuelatũ: et quasi infinitis miraculis declaratũ: inter que est illud de septẽ dormiẽtib⁹ vt patet in legẽda sctõrum. Ad primũ põt dici quod ad litteram auctoritas põt exponi de pueris dãnatis in lymbo: quia illi proprie nõ euigilabũt. quia cũ vigilia sit proprie resolutio et vsus sensuum: et ipsi nõ resurgẽt ad sentiẽdũ penã vel gloriam. Ideo potest multi teneri ibidẽ pritiue. Aliter exponit Aug⁹. multi. id est oẽs. Sic eñ loquitur scriptura frequenter. Ad scdm dicendum quod impij nõ resurgẽt in iudicio. i. ad iudicandum sicut sancti vt iudicẽt sed resurgẽt vt iudicentur.

Ad tertiũ sensus est donec atteratur celum. i. donec a celo per quietẽ auferatur motus: per quẽ quidem motũ celũ causat generationẽ et corruptionẽ in istis inferiorib⁹. Ad quartũ quod est de illis resurgẽtib⁹ cũ xpo etc. Primo videndum est quid dicat Hieronym⁹: postea quid magister in historijs. Tertio quid sentiat Aug⁹. De primo Hieronym⁹ in sermõe. Cogitis me o paula etc. dicit sic. Quos cũ dño resurrexisse legim⁹ vtrum redierũt in puluerẽ: certũ nõ habem⁹. Meli⁹ est deo totũ cõmittere quam aliquid temere diffinire et hec sentẽtia mihi placet. Eadẽ ẽ sentẽtia magistri in historijs sup euãgeliũ. Recitat tñ quod quidã opinantur quod aliqui de illis qui cũ xpo resurrexerũt sepulti sunt in hierusalẽ. Sententia xõ beati Augl: de mirabilib⁹ diuine scripture: plane diffinit quod iterũ mortui sint. ix. ca. et est prope finem libri. Sicut eñ in resuscitatis mortuis similitudo tñ nõ mors cõtinua fieri cernitur: ita et in his similitudo resurrectiõis non ipsa resurrectio ostenditur. de continua eñ morte nullus ad vitam indiuiduã nisi dñs vsque in diem nouissimũ reuertitur. Vñ dicendũ est sm mentẽ Augl quod apparet probabile in hac pte: quod illi qui cum xpo surrexerunt iterũ mortui sunt quorum corpora iterũ ad in monumẽta reuertebantur. nã et verisimile est quod inter eos fuisse debebãt sancti pres Moyses et Dauid et quidam alij quorum fidem maximã cõmendat Apłs ad Heb. xj. et. in fine subiũgit Hi oẽs testimonio fidei probati inuenti sunt acceperunt repromissionẽ: deo pro nobis aliquid melius puidente ne sine nobis consũmarentur. Et hec ratio mouet Augl. ad sic dicendũ. Ad Rabanũ dicitur quod non bene considerauit apłm nec etiã Aug⁹ qui satis eũ pcessit. Ad quintum nõ constat quod moriebantur sicut de Johe euangelista dicitur quod dolorẽ in moriẽdo nõ sensit. Unde non sequitur quod si iterũ moriebantur: moriebãtur cum pena vel sentirẽt etiã penã. potẽs est eñ deus et cũ statuto cõmuni dispẽsare et eis pro pena gloriam recõpensare. Ad sextũ dicendũ quod surrexerũt pro testimonio resurrectioni phibendo absolute et nõ quãtũ ad oẽs resurrectiõis circũstantias. Umbre trãsit⁹. Notãdũ quod vita nostra valde conuenienter vmbre cõparatur. Est eñ in vmbra indigẽtia luminis. Assistẽtia frigoris et apparẽtia corpis. Primo dico quod i vmbra est indigentia luminis quia in vmbra est lumen diminutũ. Isto mõ licet in ista vita sit aliud lumen cognitionis naturalis et etiã fidei de deo: ista tñ cognitio nõ est nisi vmbra respectu illi⁹ cognitionis et sciẽtie quã sum⁹ in patria habituri. Sicut eñ lex antiqua vmbra fuit fidei que nũc est ad Heb. x. Ita fides moderna nõ ẽ nisi vmbra respectu notitie beatorum cũ quodã desiderio beatitudis. Canti. ij. Sub vmbra illi⁹ quẽ desiderabã sedi. Ista aũt vmbra fidei et notitie scripturarum tante est xtutis quod purgat mentem ab infirmitatib⁹ hoc est a vitijs et peccatis. In cuius figurã legim⁹ Act. v. quod vmbra petri sanauit infirmos. Virtute etiã vmbre fidei xpm spiritualiter concipim⁹ sicut fecit xgo bñdicta carna-

liter. Luc. j. Spūssctūs superueniet in te: et vir
tus altissimi obumbrabit tibi. Secūdo vita
presens cōparat̄ vmbre ꝓpter assistētiā frigo-
ris. Est enī frigidi⁹ in vmbra q̄ꝫ extra. Isto mō
in p̄nti vita est torpor ꝛ carētia caritatis. ꝛ sicut
vmbre sunt longiores ꝛ frigidiores versus ve
sperā q̄ꝫ in meridie: ita defectus caritatis cor-
dium humanorū versus finē mūdi augebit̄. q̄m
superabundabit iniquitas refrigescet caritas.
Math. xxiiij. et Hiere. vj. Ue nobis q̄m decli
nauit dies et longiores facte vmbre vesperi.
Tertio cōparat̄ vita nr̄a vmbre. In vmbra
sicut ē apparētia corporis ꝛ nō existētia. ita in p̄nti
vita est apparētia soliditatis in diuitijs digni-
tatib⁹ ꝛ honorib⁹ et nō existētia. ꝓmittūt satie-
tatē et afferūt egestatē. ꝓmittūt beatitudinē et
afferunt sollicitudinē. et ideo mentiunt̄ nobis
iste vmbre ꝛ nos fallūt. Eccl. xxxiiij. in p̄ncipio
Quasi qui apprehēdit vmbrā ꝛ ꝑsequit̄ ventū:
sic qui attēdit ad visa mēdatia. Et sicut videtis
q̄ꝫ hō habet solem pre oculis et ante faciē suā.
vtiq̄ proijcit vmbrā a tergo. q̄m aūt sol est a ter-
go. tunc habet vmbrā suā ante ꝛ corā oculis
suis. ita q̄ sol et vmbra nō cōpatiunt̄ se ex vna
parte. Isto mō est moraliter de delectatiōibus
tēpalib⁹ hui⁹ vite q̄ sunt quasi vmbra et de sole
iusticie qui est xp̄us. nam ille qui habꝫ xp̄m co-
ram oculis cordis sui presentē illuminātē p̄ fidē.
et inflāmantē p amorē: talis indubitāter proij-
cit vmbraꝫ a tergo. id est respuit et cōtemnit et
paruipēdit illecebras hui⁹ vite. sed certe hoīes
mūdani qui xp̄m tradiderūt obliuioni ꝛ proie
cerūt. ipsi habēt vmbras in ꝯspectu suo. et quā
to xp̄s magis distat et elongat̄ ab eis. tāto eis
vmbra vanitatis mūdane maior apparet cū ni-
hil sit. Causa quare luna eclipsat̄ in veritate
est. q̄a intrat vmbrā terre. sol vero nūq̄ꝫ intrat
vmbrā terre. ideo nunq̄ꝫ eclipsat̄ realiter sꝫ ap
parēter tātū. sic hoīes seruiētes mūdo immer-
gūt se vanitati mūdane. ideo necesse est vt pri-
uetur lumine gratie p pctm̄ mortale. Job. iij.
Obscurent eū tenebre et vmbra mortis.

Lectio. XIX

Enite ergo et fruamur bonis que sūt. ꝛ vtamur crea tura tanq̄ꝫ in iuuentute celeriter.

Posita impiorū erronea opinione. Hic ꝯse-
quenter agit̄ de eoꝝ vitiosa ꝯuersatiōe. Qua-
les enī opiniones habēt hoīes in moralib⁹ ta-
les sunt electiōes eoꝝ in morib⁹. Electio enī se-
quit̄ precōsiliationē. vt patet. iij. Ethy. ca. vj.
et. vij. et ideo iniquū ꝯsiliū et sup falsis princi-
pijs fundatū seu radicatuꝫ. sequit̄ vitiosa ele-
ctio et ꝑuersa. Et ideo in parte ista ponit̄ cōclu
sio totius negocij p̄cedētis. et est practica ꝛ val
de mala sm̄ quā impij ducūt vitā suam. Et est
ista cōclusio: vna ꝯspiratiua ꝯuocatio sm̄ quā
impij alliciūt et inuitāt se inuicē ad peccādum.
Et diuit̄ ista ꝯclusio in multas ptes. q2 est vna
copulatiua ex multis ptib⁹ aggregata. Uñ pri
mo animant seipsos ad pctā lasciuie corpalis.
Secūdo ad pctā iniusticie generalis ibi. Oppri
mam⁹. Circa p̄mū tria facit. Primo se ex-
hortant̄ ad peccādū in genere. Secūdo mate-
riā delectationū enumerāt inducetiue ibi. Ui-
no p̄cioso. Tertio q̄ hoc expediat: cōfirmāt rō-
ne ibi. Q̄m hec est ps nr̄a. Dicūt ergo p̄mo A
sic. Uenite ergo et fruamur bonis q̄ sūt: quasi
dicerēt. ex quo sic est q̄ nō restat hoī post hanc
vitā nec pena nec p̄miū sed oīs hō p suo ꝑpe
tuo corrūpit̄ in morte sicut sm̄ eos supius est
ꝓbatū. ergo venite. i. socialiter et a pari cōue-
niam⁹ ꝛ fruamur bonis que sunt. i. istis bonis
tpalib⁹ q̄a alia sperare nō possum⁹ post hāc vi-
tam. et vtamur sicut nobis placet creatura. i.
oīm re creata: tāq̄ꝫ in iuuētute. i. tempestiue et
sine freno audacter ꝛ voluptuose et hoc celeriter.
id est stati q2 tp̄s breue est. Hec est ꝯclusio. Cū
nō sit p̄miū post hāc vitā p bonis operib⁹ nec
pena p malis: indulgēdū est oīm rei q̄ꝺ in hac
vita delectat. De ista cōclusione p̄mo viden
dū est de ꝯsequētia. ꝛ sine dubio videt̄ bona ꝛ
satis cōsulte et prudēter illata. q̄a si in hac vita
tātū sperātes essem⁹: miserabiliores oīb⁹ ho
minib⁹ essemus vel sum⁹ sicut dicit Aplus. j.
Cori. xv. Uñ dato q̄ nō foret pena futura vel
premiū: nō video quin fruēdū essꝫ illecebris ꝛ
delectatiōib⁹ hui⁹ vite. sꝫ hoc antecedēs est fal-
sum. ꝛ dato vno incōueniēti multa sequunt̄: sic
dicit Arist. j. phisico. Sꝫ q̄a infatuati fuerūt in
antecedēte illius ꝯsequētie videlicꝫ imponēdo
aīe humane mortalitatē. ideo multa incōueniē-
tia cōcesserūt. et est illa ps cōclusionis plena fa
tuitatib⁹. Primo in hoc q̄ dicūt q̄ debeam⁹
frui tpalib⁹. Nam sicut dicit Aug⁹. j. de doctri
na xp̄iana ca. vij. Ille res q̄b⁹ fruendū est nos
btōs faciūt. q̄ꝺ nō pn̄t facere tpalia. Secū-
do q2 fruitio est inherere alicui rei. ꝓpt̄ seipaꝫ.
sed oīe tpale factum est ꝓpter aliud scꝫ ꝓpter
deū. Prouer. xvj. Uniuersa ꝓpter seipm̄ opa-
tus est dn̄s. Fatue ergo dicunt. Fruamur bo-
nis que sunt scꝫ tpaliter et nō ꝑmanēter. Et tn̄
hec cōsequēter aliquorū malorū hoīm sentētia
est. Hic scim⁹ quid habem⁹. nescim⁹ quid ha-
bebimus in futuro. ꝛ ideo ducam⁹ letos dies.
Tertio fatue dicūt q̄a immediate post pri-
mā ꝓpositionē cōcessam cōcedūt eius cōtrariā
q̄n dicunt. Utamur creatura. Nam vti est ali-
quid diligēdo referre in deuꝫ sicut in finem. et
ideo nullo mō stat q̄ hō eadē re simul vtatur ꝛ
fruat̄: sicut patet. j. sentē. di. j. Uñ in hoc q̄ di
cunt respectu eiusdē fruamur ꝛ vtamur: dicūt
contradictionē implicite. Quarto fatue lo-
quunt̄ in hoc q̄ se determināt a iuuētute tali-
bus mācipare. q̄a hoc nihil aliud est nisi in pec

catis perseuerare. Cuius rō est. qa illud qḋ hō assuescit in iuuētute nō pōt faciliter deserere. ꝛ ideo dicit Arist. j. ethi. ꝙ nō differt parū sic vel sic ex iuuētute assuefieri. Et Commētator sup prologū. ij. phisi. Consuetudo habet maximā vim que a iuuētute cōtrahit. Et Prouer. xxij. Adolescēs iuxta viā suā eciā cū senuerit nō recedet ab ea. Vñ cōclusio cōꝑplena est satura= te. B Sup istā lrām pōt esse dubiū. Vtrū hō ex caritate teneat plus diligere deū ꝙ̄ seipm. Qḋ nō videt. qa diligit se quātū pōt. ergo nō pōt deū plus diligere ꝙ̄ se. ergo ad hoc nō tenet. Qḋ aūt homo diligit se quātū pōt patet: quia diligit se naturaliter. ſʒ natura agit fin vltimū potētie sue. qa natura nō agit libere. ergo si diligit se naturaliter: diligit se quantū pōt. Pre terea. Illud qḋ est rō diligēdi alterū: plus diligit illo altero. qa vnūquodqꝫ ꝑpter qḋ ꝛ illud magis. j. posterioꝝ. Sed rō quare deus debet ab hoīe diligi est. qa est bonū suū ꝑpriū. ergo diligit se magis. Item. ix. ethico. ca. iiij. Amicabilia que sunt ad alterū: venerūt ex amicabilib' que sunt ad seipm. Itē Aug'. x. ꝯfes. Quicūqꝫ aliqḋ amat qḋ non ꝑpt te amat: min' te amat. ſʒ qui min' amat deū: amat deū. ergo cū amore dei stat vsus dei. Ad oppositum est Aug'. ij. de doctrina xpiana ca. vij. Teipm ꝑpter te nō debes diligere vel amare ſʒ ꝑpter ipm qui dilectiōis tue rectissim' finis est. sed vnūquodqꝫ ꝑpter qḋ ꝛc. ergo tenet magis diligere deū ꝙ̄ seipm. Ad questionē dicēdū ꝙ sic. Rō est qa deus est beatitudo nō solū ꝑpria vni' hoīs ſʒ quoddā totius cōmunitatis ipsius. ꝛ ideo diligi debet ꝑpter se tātū ꝛ per cōsequēs maxime.

Propt rōnes est notandū ꝙ dilectio qua hō diligit aliqḋ pensat ex duob'. Ex feruore seu intentiōe actus ꝛ ex q̄litate boni voliti illi' quē diligit. qñ ergo dicit ꝙ hō tenet diligere deum plus ꝙ̄ se. nō habet hoc intelligi de intensione vel feruore actus ſʒ de quantitate boni voliti. nā debeo deo velle summū honorē ꝛ summaꝫ beatitudinē: nō aūt hoc mihi. Aliud est notandū ꝙ in hoīe est duplex dilectio. Naturalis que nō elicit libere a volūtate ſʒ naturaliter. et est semꝑ in volūtate. Alia est rōnalis ꝯsequēs rōnē et de hac dilectiōe habet intelligi questio. ꝛ nō de pͥma. ꝑ hoc ad rōnes. Ad primū: minor negat ꝛ est falsa. pēsando dilectionē ex bono volito et loquēdo de dilectione rōnali. Vñ plus boni posset hō velle sibi ꝙ̄ facit: si rōnabiliter diligit se. nā posset appetere bonū infinitū. Rō vero cōcludit de dilectiōe naturali. Ad secūdū minor negat. nō enī qui rōnabiliter diligit. deū diligit pͥcise qa bonū ꝑpriū ſʒ qa bonum cōmune est totius vniuersi. Ad tertiū intelligēdum est illud de bonis que sunt bona particularia et de illo qḋ est bonū oīum. Ad quartū dicendū ꝙ peccās mortaliter deū amat

non tñ virtuose. quia vult cū esse deū ſʒ nō sic amat deū ſʒ seruat eius p̄cepta. nec omnis qui amat deū est in caritate. qa qui diligit deū ꝑpt se: amat deū et tñ peccat mortaliter. Venite ergo et fruamur bonis in actu siue belli siue pacis gerēde. Animatio ducis multū iuuat quia ſm verba sua et cōsilia totus exercitus regulat et ideo oīs ductor sibi ꝓuidet de aliquo inuitatorio suis cōplicib' faciēdo. C Quadruplex igitur inuitatoriū inuenio in scriptura sacra a quatuor generib' cantoꝝ cantatū. Primū cātant voluptuosi. Scḋm maliciosi. Tertiū ambiciosi. Et quartū sancti ꝛ religiosi. Et tres primi cantant in choro diaboli. Et quarti solūmō in choro xpi. Inuitatoriū voluptuosoꝝ ponit ibi. Venite fruamur ꝛc. qñ sic est ꝙ hō intrat ecclesiā cathedralē vt audiat matutinas ꝺ aliquo sctō: statim ꝯ inuitatoriū pōt discernere in quanta veneratōe sctūs ille habet ibidē. qa in ferialib' dieb' sufficit tantū vn'. ꝛ quāto festum celebrat solēnius. tāto plures inuitatorio deputantur. Moraliter. Inter nos in vita p̄senti dij multi colūtur. j. Cor. viij. Siquidē dij multi et dñi multi mūdus. caro. demonia. deus. Videam' ergo quis istoꝝ habeat in choro plures ad cātādū inuitatoriū: et inueniem' ꝙ deus habet pauciores. Omnes alij habent inuitatores in magna copia. Si loquamur de mūdo. Nōne senes ꝛ iuuenes ꝛ pueri a cunabulis suis extracti: statim alliciunt. statim inuitantur et ammonent ad colēdū mūdū. iste vt fiat mercator. iste vt fiat miles. ali' vt fiat diues rector. et sic de alijs: qui oēs vna voce dicunt. Venite et fruamur bonis que sunt. et sicut illi qui sunt magis vicini cantorib' magis excitantur ad cantādū. ita hominib' accidit qui familiariter magis tractāt cū mūdialib' vel carnalibus ꝙ nullo mō pñt euadere quin eis in moribus cōforment. Vñ Isido. iij. de sūmo bono. Rarū est inquit vt quisquis inter seculi voluptates positus. a vitijs maneat illibat'. in quibus ꝛ si nō cito implicet. aliqñ tñ attrahit. nec diu pōt esse securus qui periculo fuerit proximus. Quot sunt qui his dieb' inuitāt homīes ad mūdi cōtemptū: ad ꝑpria relinquēdū: ac se ꝓ suis peccatis totaliter cōtemnēdū? Certe vel nulli: vel pauci: imo tantus strepitus est cantoꝝ mūdi: ꝙ illi qui dicunt inuitatoriū xpi: vix in aliquo pñt audiri. Secundū inuitatoriū cantāt maliciosi: vt scribit Hiere. xviij. Venite cogitem' cōtra Hieremiā cogitatiōes. non enī peribit lex a sacerdote. neqꝫ consiliū a sapiēte. neqꝫ sermo a ꝑpheta. Et notate quales hoīes maliciosi ponūt pro parte sua: videlicet sacerdotes sapientes et ꝑphetas. Sacerdotes sunt magni p̄elati moraliter. sapientes iusticiarij. prophete sunt religiosi. Et nunqꝫ videbitis in republica magnam iniusticiā seu maliciaꝫ fieri

nisi vel ab oīb⁹ istis. vel ab aliquo istoꝝ procedat. Unde isti tres pfecte cantāt inuitatoriū maliciosorū. et isti sciunt facere cōspiratonē cōtra optimū hominē dicētes illud Hiere. xviij. Uenite percutiam⁹ eū lingua et nō attēdam⁹ ad vniuersos sermones ei⁹. Percutere hominem lingua: est ꝑcludere ei viā respondēdi vt nihil possit dicere ꝑ seipso. Uel percutere hominē lingua: est falsum cōspirare: falsum testimoniū cōtra hominē perhibere. Et nota ꝙ isti maliciosi: triplex habēt inuitatoriū: scʒ propriū. quo se inuicē ad maliciā animāt et instigant. Primo eni se colligūt ad cōspirādū subtiliter: dicētes illud Hiere. xviij. Uenite cogitemus cōtra Hieremiā cogitatiōes. Secūdo recolligūt se ad accusandū crimliter ꝛ sub iuris colore dicētes illud Hiere. xviij. cōsequēter. Uenite percutiam⁹ eū lingua et nō attendam⁹ ad vniuersos sermones eius. Tertio recolligunt se ad occidēdū hostiliter. dicētes illud Math. xxj. Uenite ꝛ occidam⁹ eū ꝛ nr̄a erit hereditas. Et hec ē ꝯclusio malicie vltima. Tertiū inuitatoriū qḋ ponit̄ in scriptura: cantāt isti ambiciosi ꝛ scribit̄ Gen̄. xj. Uenite faciam⁹ nobis ciuitatē ꝛ turrim cuius culmē pringat ad celū et celebrem⁹ nomē nr̄m. Et notandū ꝙ oēs ambiciosi exponūt se maximis periculis et laborib⁹ ꝑ honorib⁹ cōsequēdis intantū: ꝙ si terciā partē laboꝝ facerēt ꝓpter deū: maxime meriti essent. Unde isti ad edificādū: ad fodiēdū: et ꝯstruēdū se applicāt ꝛ exponūt. Quantā etiā mētis vexationē sustinēt. qui curijs pope. regū ꝛ epoꝝ se mācipāt: Dant munera: dissimulant: adulant̄: mentiunt̄: et se nequiter humiliant quibuscūqꝫ. Unde Innocen. de vilitate humane cōditiōis sic dicit. Ambiciosus semꝑ est pauidus: sꝑ attentus ne dicat qḋ displiceat et humilitatē simulat. honestatē mentit̄. affabilitatē exhibet. benignitatē ostēdit. subsequit̄ ꝛ obsequit̄. cūctos honorat. vniuersis inclinat. frequētat curias. visitat optimates. assurgit et amplexat̄. applaudit ꝛ adulat̄. et bene nouit illud poeticū Ouidij de arte amādi. j. Et si nullus erit puluis tamē excute nullū. Hec ille. Et ideo talib⁹ curialib⁹ qui castra regū sequūtur dixit quidā. Sunt: nō dicunt̄ miseri qui castra sequūtur. Quartū inuitatoriū qḋ ponit̄ in sacra scriptura cantāt boni xp̄iani ꝛ religiosi et ponit̄ in ps̄. Uenite exultem⁹ dn̄o iubilem⁹ ꝛc̄. Et istud inuitatoriū cantāt valde ferialiter his dieb⁹. imo tantus est strepitus in choro mūdi ꝙ istud inuitatoriū non audit̄ in choro xp̄i: qḋ dolēdū est. Sed qualiter isti inuitatores se expediunt: satis declarat̄ Math. xxij. Ubi habet̄ de homine rege qui fecit nuptias filio suo et misit seruos suos dicere inuitatis omnia sunt parata venite ad nuptias. qḋ cum factū fuisset inuitati totaliter neglexerūt, et abierunt alius in villā suā. alius ad negociationē suā. Sed caueāt sibi. contingit aūt aliqñ ꝙ faciēs festū magnum inuitat multos diu ante. ordinat vt illis ordinate seruiat̄ et sine pressura. habet fortes custodes in ingressu portarū qui deuote recipiāt inuitatos qui ꝓmiserūt venire. ꝛ sunt amici faciētes festū. ꝛ alios nō inuitatos excludūt. Isto mō facit xp̄s. Mō mittit seruos suos ꝑdicatores ad inuitandū ad cenā agni. ꝛ in die iudicij soli illi recipient̄ qui suā inuitationē admittūt ꝛ alij excludent̄ dicēte dn̄o: bonis illud dulce inuitatoriū. Uenite benedicti patris mei percipite regnū qḋ vobis paratū est ab origine mundi. Et dicit reprobis. Ite maledicti in ignē eternū qui parat⁹ est diabolo et angelis eius. et ideo dum tempus habem⁹ venite adoremus et procidam⁹ ante deum plorem⁹ corā domino qui fecit nos. in ps̄.

Lectio. XX

Vino precioso et

vnguētis nos impleam⁹ et nō pretereat nos flos tpis. Posita inuitatione qua improbi se inuicē alliciūt ad fruendum illecebris in generali. Hic incipiunt enumerare in speciali. Et circa hoc tria faciunt: qꝛ ꝑmo enumerāt excitamēta gule. Secūdo ostēsiua superbie. ibi. Coronem⁹ nos. Tertio contentiua luxurie. ibi. Nullū pratū. Primo ergo enumerat delectabilia gustui cōferētia. Secūdo tactui conferētia. Tertio olfactui cōferētia. Uinū eni delectat gustū. Unguētū emollit ad tactū. ꝛ flos redolet ad olfactū. Dicit ergo. Uino precioso et vnguētis nos impleamus. In quo duplicē excessuʒ exprimūt euidēter in suo appetitu. Appetunt in vino maxime raritatē et mensure nimie quantitatē. Pro primo dicūt Uino. non quolibet. sʒ precioso. id est care empto. Oē rarū carū. Secūdo addūt. Impleam⁹: nō sufficit in temperātꝫ ꝛ gulosis dicere vinū preciosuʒ nec absolute. Uinū bibam⁹. sʒ precioso nos impleam⁹. cū tñ natura humana in modico sit contenta. Unde Boetius. ij. de cōsola. prosa. v. Paucis minimisqꝫ natura ꝯtenta est: cui saciatē si supfluis vrgere velis aut iniocundū qḋ supeffuderis fiet. aut noxiū et. j. Timoth. vj. Habētes alimēta his cōtenti sum⁹ ꝛ quib⁹ tegamur. Secūdo ad vinū addunt vnguēta. id est electuaria ad iocūde bibēdum. ꝛ sm̄ hoc vnguentū pertinet tam ad gustum ꝙ̄ ad tactuʒ. Aliter exponit̄ de vnguētis ad vngendū corpa et facies vt magis resplendeāt et suauius redoleāt et mollius tangi possint. et sic ꝑtinēt ad delicias tā visus ꝙ̄ tactus. Tertio quantū ad olfactū subinferūt. et nō ꝑtereat nos flos tpis. quin de florib⁹ singulis iuxta tp̄us suū nr̄as delicias habeam⁹. Aliter flos tpis vocat̄ flos iuuētutis nr̄e. ꝛ sūcē est sen-

fus. Non pretereat nos flos. id est tps iuuẽtutis
nostre quin fruamur quantũ possibile est omni
A generi voluptatis. Hic est vna dubitatio li-
teralis. Utrũ vsus vini sit homini licit⁹. Et vi-
detur q nõ. Eccs. ij. Cogitaui a vino abstrahe
re animã meã vt trãsferrẽ eam ad sapiẽtiã. Sz
sine sapiẽtia hõ nõ põt saluari. qa Sap. j. Ne-
minẽ diligit deus nisi qui cum sapiẽtia inhabi
tat. ⁊ ideo necessariũ est homini q anima sua a
vino abstrahat. Secũdo qz ad Roma. xiiij.
dicit. Bonũ est nõ mãducare carnẽ et nõ bibe
re vinũ: sz cessare a bono virtutis. est vitiosum
et illicitũ. Tertio qa Hiero. dicit. q vinũ cũ
carnib⁹ post diluuiũ est dedicatũ: xps aũt ve-
nit in fine seculorum et extremitatẽ retraxit ad
principiuz. ergo tpe legis xpi est illicitus vsus
vini. Ad oppositũ est Apls ad Timoth. v.
Noli adhuc aquã bibere. sed modico vino vte
re ppter stomachũ tuũ et frequẽtes infirmita-
tes. Itẽ Eccl. xxxj. Exultatio aĩe ⁊ cordis vinũ
tẽperate potatũ. Ad questionẽ siue dubita-
tionẽ dicẽdũ. q p se loquẽdo vsus vini est ho-
mini licitus. Potest tñ contingere per accidẽs
q alicui homini sit illicitus. Uel ex cõditiõe bi-
bentis. qa forte alij ex suo facto scãdalizarent.
vel forte qa vino de facili ledit. et perdit caput
linguã ⁊ pedes. vel qa per votũ a vino se absti-
nere astrinxit. Ad primũ dicẽdũ. q licet hoc
sit perfectiõis ⁊ cõsilij. nõ tñ est vsus vini ideo
illicitus. Aliter põt dici q sapiẽtia est duplex.
Una que a deo infundit. Alia que per doctri-
nam ⁊ studiũ acquirit. Et certe respectu prime
disponit abstinẽtia a vino. nõ aũt respectu se-
cunde. ita quin liceat vinũ bibere. Ad secũ-
dũ dicit q illa auctoritas allegata est truncata.
qa intentio apli est psuadere romanis pues sis
ad fidẽ q nec carnib⁹ nec vino vtãtur in scan-
dalũ xpianorz: de nouo cõuersorũ. Unde sub
ditur. neqz in quo frater tu⁹ offendit aut scan-
dalizat. Ad tertiũ dicẽdũ. q Hiero. vult dicere
q xps a vino retraxit se tanqz ab impedimẽto
perfectiõis si excessiue sumat. Circa primũ
notãdũ q vsus immoderat⁹ vini multipliciter
nocet homini. Est eni detrimẽtũ libertatis. At
tramẽtũ honestatis. Complemẽtũ voluptatis
Et experimẽtũ fatuitatis. Est eni detrimẽtũ li-
bertatis. Unde prima radix seruitutis ⁊ igno-
bilitatis fuit per vinũ. Legimus in Gen. ix. q
Noe primo plãtauit vineã. Nam ante diluuiũ
vinũ nõ fuit in vsu: nec homo vinũ bibebat: bi-
bens ergo vinũ inebriatus est et dormiẽs ia-
cuit in tabernaculo posteriora nudat⁹. Acces-
sit filius suus Cham ⁊ pris verẽda nuda cõspi
ciẽs derisit eũ. nũciatũ est hoc postea patri. ⁊ fi-
lium seruituti dãnauit. et hec fuit prima origo
seruitutis: sic dicit Aug⁹. xix. de ciui. dei ca. xv.
In hoc autẽ sano innuũtur quatuor mala
que ebrietas solet hominibus inferre. Primo

namqz priuat hominẽ vsu sensus et rõnis et fa
cit eum deteriorẽ bestia: et hoc significat Noe
inebriatio. Secundo spoliat hominẽ diuitijs
suis. Unde frequẽter magni potatores fiunt
pauperes finaliter. qa qui amat vinum et pin-
guia nõ ditabit. et hoc significat Noe denuda
tio. Tertio reddit hominẽ derisibilẽ nõ solum
inimicis imo amicis. et hoc significat q fili⁹ de-
risit eum. Quarto q Noe punit filiũ suũ. signi
ficat q potatores filios suos et prolẽ suã mẽdi-
citati et seruituti exponũt frequẽter. Secun B
do vinũ imoderate sumptũ est attramẽtũ ho-
nestatis. cõfundit eni et deturpat hoĩs hone-
statẽ et nobilitatẽ tam corpis qz anime. Unde
Innocẽ. de vilitate cõditiõis humane. Quid
turpius ebrioso. cui fetor in ore. tremor in cor-
pore. promit stulta. prodit occulta. cui mens
alienat. facies transformat. Nullũ eni secretũ
vbi regnat ebrietas. Uñ Sene. epla. xij. Non
est anim⁹ in sua potẽte deuictus ebrietate. quẽ-
admodũ musto dolia ipsa rumpunt et quicqd
in imo iacet: in summũ vis caloris eructat. Sic
vino estuãte quicqd in corde latet abditũ. effer
tur et prodit in mediũ. Et infra dicit. q turpe
sit sibi plus ingerere qz venter capiat et stoma-
chi non esse mensuraz. qd multi ebrij faciũt de
quib⁹ sobrij erubescũt. Unde dicit nihil aliud
esse ebrietatẽ qz volũtariã insaniam extendi in
plures dies illum ebrij habitũ. nunc quidẽ de
furore dubitabis nunc quoqz nõ minor sz bre-
uior. Refert Alexan. macedonis exemplum.
qui clientulũ sibi carissimũ ac fidelissimũ inter
epulas trãsfodit et intellecto facinore mori vo-
luit. Hec Sene. Fingit a quodã imaginẽ ebrie
tatis sic fuisse depictã vt imago pueriliscornu
habẽs in manu et in capite coronam de vitro.
Puer erat: in signũ q facit hominẽ elinguẽ in-
sensatum more pueri. cornu habebat in manu
in signũ q nullũ celat secretũ sz clamãdo ⁊ clan
gendo reuelat. coronã habet vitriam qa repu-
tat se gloriosuz ⁊ diuitẽ qñ est ebrius cũ nihil ha
beat. Et ideo inuenim⁹ vinũ fuisse phibitũ tri-
bus: scz virginib⁹ sacerdotib⁹ et regib⁹. Pro-
uer. xx. Luxuriosa res est vinũ et tumultuosa
ebrietas. Hieroni. epla. xcv. Si experto credit
hoc primũ moneo vt sponsa xpi vinũ fugiat p
veneno. Uñ apud antiquos vinũ vocabat ve
nenũ. Leui. x. Sacerdotib⁹ ingressuris taber-
naculũ phibituz erat ne biberẽt vinũ. Regib⁹
etiã erat phibitũ. Prouer. xxxj. Noli dare re-
gib⁹ vinũ o Lamuel. Uale. li. ij. ca. j. Usus vi-
ni romãis feminis erat ignot⁹. Tertio vinũ
est cõplemẽtũ voluptatis. Uerecũdia nãqz bo
na multos cohibet a peccatis. et ideo vbi illa
per vinũ aufert. voluptas que latuit in corde
sine pudore se detegit. Unde Sene. in episto-
la vbi. s. Plures pudore peccãdi qz bona vo-
lũtate phibiti sunt a scelere. Ubi autẽ possedit

animuz nimia vīo vini. quicquid mali latebat emergit. Et ideo ad Eph.v.scribit. Nolite inebriari vino in quo ē luxuria: scz effecẗue. Exemplū de Loth. Geñ.xix.et Ecci.xxxi. Multos eni exterminauit vinū. Quarto vinū ē experimētū fatuitatis: qa hō sit dispositus ad quodcūqz malū in ebrietate: pōt de eo capi experimentū. Ecci.xxxi. Uinū corda superboꝝ arguit et ostendit ⁊ prodit.

Lectio.XXI

C Oronem⁹ nos rosis anteqꝫ marcescāt: nullū pratū sit qḋ nō ptrāseat luxuria nr̄a. Nemo vr̄m exors sit luxurie nr̄e. Ubiqꝫ relinquam⁹ signa leticie. qm̄ hec est ps nr̄a ⁊ hec ē sors nr̄a.

Postea inuitatōe qua reprobi se inuicē inuitant ad potus ebrietatē. Hic ponit inuitatio q̄ se alliciūt ad supbie vanitatē et ad carnis voluptuositatē. Et in hoc textu tria fiunt. Nā pmo se inuitāt ad supbie vanitatē. Secūdo ad luxurie voluptatē. Tertio vtriusqꝫ ponūt libertatē Secūda. ibi. Nullū pratū. Tertia. ibi. Qm̄ hec est ps nr̄a. Primo ergo animāt se inuicē ad ornatū supbie ⁊ luxurie dicētes. Coronem⁹ nos

B rosis. Nota ꝙ reprobi in pn̄ti coronanẗ corona lasciuie: sed in futuro coronabunẗ corona miserie. Unde cuiqꝫ eoꝝ diceẗ Esa.xxij. Coronās coronabit te tribulatiōe et tūc lugebūt ⁊ plangēt de eo de quo mō rident: dicētes illud Treno.iiij. Defecit gaudiū cordis nr̄i: versus est in luctum chorus nr̄: cecidit corona capitis nr̄i: ve nobis qa peccauim⁹. Et ideo ꝯuenięter dicūt. ꝙ volūt coronari rosis. ad sciēdū ꝙ omnis mūdi lasciuia breuis est ⁊ trāsitoria. Rosa eni habet odoris iocūditatē. decoris speciositatē. et viroris breuitatē. inter spinas crescit. sic et lasciuia mūdi. non est sine punctura consciētie. Licet eni gaudētes in odorib⁹ rosaruz nō dicam⁹ intēperatos: sicut dic̄ Arist.iij.ethi. ca.xiij. tñ delicatus ornat⁹ satis indicat mentis lasciuiā. Ecci.xix. Amictus corpis et risus dentiū et ingressus hoīs annūciāt de illo. Uñ Sene. epl̄a.lxxxviij. Omniū rerū si obseruenẗ indicia sunt in argumēta moꝝ ex minimo licz capere impudicū et incessus ostēdit et man⁹ mota et interdū vnū risum et relat⁹ ad caput digitus. reflexus oculoꝝ improbū. risus insanū vultus habituſqꝫ demōstrabit. Illi eni in apertum p notas exeūt q̄lis q̄libet sit scies si quē ad modū laudes aspexeris. De sctō Ludouico legimus. ꝙ serta de rosis seu alios capillos phibuit se proli portari ferijs sextis ꝓpter coronā impositā spineā tali die capiti saluatori. Sequitur. Nullū pratū ⁊c̄. Ubi se inuitāt ad luxurie voluptatē. Hanc aūt voluptatē integrare nitūtur ex tribus causis seu circūstātijs: videlicz ex locali amenitate. ex sociali cōmunitate qa nullus sine socio iocūda est possessio. et dissoluta iocūditate. Quātū ad pmū dicūt. Nullū pratum sit. i. nullus locus sit delectabilis in quo nō luxuriemur vt amenitas loci ꝓferat delectationē. Quantū ad secūdū dicūt. Nemo exors sit .i. expers sit luxurie. q̄si dicerēt luxuria nr̄a cōmunis sit oīb⁹ ita ꝙ sit libertas ⁊ licētia generalis peccādi ⁊ alios ad petm̄ trahēdi. Nota ꝙ luxuria est q̄si morb⁹ cōtagiosus sicut lepra vel scabies. Si hō multū tractat cuz leproso de facili inficiẗ. et iō solēt leprosi expelli de ciuitatib⁹. Sic est de libidinosis si fuerit vn⁹ talis in vna societate vel familia ipse solus decez alios attrahit ad petm̄. Quātū ad tertiū: videlicz dissolutā iocūditatē dicūt. vbiqꝫ relinq̄m⁹ signa leticie nr̄e: videlicz in cātu tripudio festis ⁊ ludis Ultimo subiūgit causam hui⁹ libertatis peccādi: videlicz qa hō nō pōt plus habere in hac vita nec restat aliq̄ alia in futuro. Et notare ꝙ isti sūt pseudo p̄dicatores et deo ꝯtrarij. Nā sic dr̄ Esa.xxij. vocat dn̄s ad fletū et ad planctū et ad caluiciā et cingulū sacci: ⁊ isti ꝓ cōtrariū vocant ad leticiā dissolutiōez deordinatū ludū. Dubitatio lr̄alis. Utrū fornicatio simplex sit petm̄ mortale: videẗ ꝙ non. Petm̄ mortale nō cadit sub dn̄ico p̄cepto. sed fornicatio cadit sub dn̄ico p̄cepto. qa Osee.j. p̄ceptū fuit ꝓphe. Uade et sume tibi vxorē fornicariā. Preterea: antiqui pr̄es hoc fecerūt sine rephēsione. Geñ.xxj. Abraā ingressus ē ad Agar ancillā suā. Jacob ad ancillas vxoꝝ suaꝝ Balam et Delfam. Et Geñ.xxxviij. Judas accessit ad Thamar quaz estimabat meretricē. Preterea: sup illō Deutro.xxiij. Nō erit meretrix de filiab⁹ isrl̄. Glo. dicit: ad eas ꝓhibet accedere q̄ruz est venalis turpitudo: ergo fornicatio nō est nisi venalis turpitudo. Preterea: sup illō.j. Timoth.iiij Exercete ad pietatē. Dicit glo. Ambro. oīs sūma discipline xp̄iane in misc̄dia ⁊ pietate est quā si aliquis sequēs lubricū carnis patiatur sine dubio vapulabit sz nō pibit. Ad oppositum est aplŝ ad Gal.v. Manifesta sūt opa carnis q̄ sunt fornicatio ⁊c̄. qui talia agunt regnū dei nō possidebūt. sz nihil excludit a regno dei nisi petm̄ mortale. Preterea: Deuẗ.xxiij. Nō erit fornicator de filijs israel. Preterea. xxxij.q.iiij. fornicatio enumeraẗ inter vitia criminalia. Itē ad Heb.xiij. Fornicatores ⁊ adulteros iudicabit deus. Glo. In iudicio generali eterne dānatōis. Ad questionē dicēdū ꝙ sic. qa ꝓhibeẗ sub vitatōe pene eterne sicut iā allegatū est. Nō q̄re debet inhiberi est: qa cōtrariaẗ bono finio potētie generatiue collate hoī a deo. Bonū eni generatōis hūane est duplex Corpale ⁊ spūale. Corpale est ꝯseruatio speciei sicut dr̄.ij. de aīa. Spūale est impletio numeri electoꝝ. Ad pmū requiriẗ corpalis educatio filioꝝ. Ad secūdū informatio in fide et in bonis morib⁹. et illud est bonū prolis qḋ cōnumeraẗ ad sūmū bonū mr̄imonij. Nō tā ad educatio-

nē corpalē q̄ȝ ad informationē moralē duo re-
quirunt. Certa cognitio plis. q̄ haberi nō pos-
set nisi mulier eēt appropriata vni viro. Uel sal
tē nullo mō posset haberi ita bn̄ in diuisa coha
bitatiōe. ad quā requirit inseparabilis viri ꝯiun
ctio ⁊ mulieris. Ideo lex matrimonij requirit in
hominib' ad ꝯsequēdū debitū finē generatio-
nis humane. ⁊ ideo Aug'. dic̄ vaguo cōcubit'
ꝯtra carnatē est: quā hō debet proli generāde.

Ad primū dicēdū dē ꝑpha q̄ dispēsatio dei
fecit nō esse pctm̄ qd̄ alias pctm̄ fuisſz: sic de ho
micidio qd̄ Abraā in filio suo voluisset cōmisis-
se. Ad secūdū dicēdū q̄ Abraā et Iacob plu
res habuerūt vxores vnde nō fuit fornicatio.
Uocabant tm̄ cōcubine: q2 cū duo cōueniāt in
vxore: videlicet inseparabilis cōiunctio. et fami-
liaris coadministratio inquantū est socia. Pri-
mā habuerūt cōcubine et secūdā nō. Prima fa
ciebat matrimoniū. secūda nō. Uñ fuerūt vxo-
res quo ad thorū non quo ad regimē familie.
fm̄ q̄ vxores nr̄as matresfamilias vocamus.

De Iuda vero ꝯcedēdū est q̄ peccauit mor
taliter. Ad tertiū dicēdū q̄ vera lr̄a est venia
lis nisi venialis. ita etiā. xxxij. q. iiij. meretrices

Ad quartū dicēdū q̄ pietas iuuat hoiem vt
liberet a morte eterna: si tm̄ desistat ⁊ peniteat.

Notādū est hic q̄ non solū cōsensus in actū
peccati mortalis est pctm̄ mortale. sȝ etiā cōsen-
sus in delectationē peccati mortalis est pctm̄
mortale. et ideo oscula amplexus ⁊ tactus que
fiunt ꝑpter delectationē inordinatā sunt pctā
mortalia ⁊ vocant oscula libidinosa vel tactus
libidinis. Circa materiā p̄sentis lectiōis que
est tota de voluptate carnali: est notādū breui-
ter q̄ ipsa est multipliciter nociua. Nā ipsa est
effeminatiua vigoris potētie militaris. Accu-
mulatiua doloris ⁊ displicētie singularis. Of-
fuscatiua decoris et sapiētie salutaris. Pri-
mo est effeminatiua vigoris et potentie milita-
ris. In cuius figurā Sampson dū dormiuit in
sinu Dalile: sic enuitatē solitis exitit spoliatus.
Iudic̄. xvj. Persona quecunq3 dormit in sinu
Dalile q̄ se negligēter cōfert voluptuose vite.
spoliat vigore fortitudinis. Uñ fingit Ouid.
xv. meth. de fonte salmatio. q̄ talis erat ꝟtus
q̄ sexū abstulit viro. q̄ se balnearet in eo. Isto
mō euenit de voluptate. Naȝ si hō militatis se
balneet in delicijs voluptatis. effeminabit et
molliet et animositatē amittet. Uñ narrat Ua
leri. li. j. q̄ cornelius scipio missus in hispaniā
eo momēto quo castra intrauit: edixit vt omīa
q̄ voluptatis causa cōperta erāt: auferrent ⁊ sub
mouerent. vñ simul duo milia scortoꝝ legunt
abisse ab exercitu romanoꝝ. Et notādū q̄ no-
bilissimi principes q̄ nec bello nec armis vinci
potuerūt: ꝑ luxuriā ceciderūt: sic narrat Uale.
li. ix. ca. j. de Hanibale duce carthaginēsi. quē
mulier quedā ꝑdiciose romanis tradidit occi-
dēdū. campania inquit luxuria sua inuictū Ha
nibalē amnio suio illecebris amplexata vincē-
dū romano militi tradidit. Uñ fingit Ouid. dē
arte amādi li. ij. q̄ mars q̄ deus est bellādū ca-
ptus est cū venere vxore vulcani inuisibilib' ca-
thenis ligat' et omīb' dijs celestib' in derisio-
nē ostensus ē. Cui historie alludēs Uale. ad Ru-
finū de vxore nō ducēda dicit sic. Mars q̄ est
deus bellādū demeruit triūphoꝝ familiari fre
quētia in qb' expedit maxime ꝑinpta strenui-
tas nil sibi metuens a vulcano ligat' est cū ve-
nere inuisibilib' cathenis sensibilib' tm̄. hoc au
tē et ad applausum satiroꝝ et derisum celestis
curie. Uult dicere q̄ vulcan' fecit cathenas in-
uisibiles et posuit eas in lecto veneris in qb'
dū mars intrasset lectū veneris: capt' et detē
tus donec tota celestis curia eū ꝯspexisset. Ex-
emplū de Holoferne. Iudith. xij. De talib' dr̄
Iob. xxxvj. Moriet in tēpestate aīa eoꝝ et vi-
ta eoꝝ inter effeminatos. Secūdo voluptas
est accumulatiua doloꝝ vel meroris et displi-
cētie q2 naturalr̄ post voluptatē sequit displi-
cētia. Uñ. Boe. iij. de cōso. ꝑsa. vij. Quid aūt
de corpis voluptatib' loquar quarū appetētia
q̄dē plena est anxietas. satietatis vero penitē-
tie. quōtos ille morbos q̄ȝ intollerabiles dolo-
res. q̄si quēdā fructū nequicie fruētiū solet in-
ferre corpib'. quaꝝ mot' q̄d habeat iocūditat̄
ignoro. tristes ꝟo esse voluptatū exit'. q̄sq̄s re
minisci libidinū suaꝝ volet intelliget: q̄ si beōs
explicare id est efficere p̄sīt: nihil cause est quin
pecudes q̄ȝ beate eē dicant: q̄ꝝ omīs ad exple-
dā corpalē lasciuiā festinat intētio. Hec ille. Et
infra metro sequēti cōpat voluptatē api q̄ est
in eodē loco. ꝑino fundit mel sedēdo. et infigit
aculeū recedēdo. Uñ dic̄. habz hoc omīs volu
ptas. stimulis agit fruētes. apiūq3 par volātū
Ubi grata mella fugit ⁊ nimis tenaci ferit icta
cords morsu. Hec prudenter aduerterat De-
mostenes ille pħs famosus a quo tays solēnis
meretrix de corinthio centū talētia petijt ꝑ vno
cōcubitu. At ille in celū suspiciēs: ait. Nō emo
tanti penitere. i. ꝑ tanto p̄cio nō emo penitere
qd̄ tm̄ necessariū foret si tua fruerer voluptate.
In cui' figurā fingit Ouidi' metha. li. x. q̄ vir
go q̄dā noie Mirrha pr̄is desiderauit incestū
et desideratū impetrauit adiuuāte nutrice. tā-
dē cū essz ꝑceptū: fugat a p̄re et in tātā tristiciā
incidit q̄ fletu suspirijs et gemitib' alterata cō-
uersa ē ī arborē sui nois: q̄ adhuc guttas ama
rissimas q̄si lachrymas ꝺ se fundit: in signū q̄
voluptatē illicitā corpis ꝑpetu' sequit dolor mētis

Tertio voluptas carnalis est offuscatiua de-
coris ⁊ sapiētie salutaris. Hui' exēplū habem'
in Salomone rege qui femora sua incuruauit
mulierib' et posuit maculā in gl'ia sua. Cui hi-
storie Uale. ad Rufinū sic alludit. Sol hoium
Salomon: thesaurus deliciaꝝ: dn̄i sapiētie sin
gulare domiciliū. crasso tenebraꝝ fuscatus at
tramēto. lucem aīe sue. odorē fame sue. gloriā

domus sue. amore mulieris amisit. et postremo incuruat⁹ corā Baalym et ecclesiastico dono mutat⁹ est in mēbrū zabuli id est ex conãonatore dei mutat⁹ est in mēbrū diaboli.

Lectio. XXII

Opprimam⁹ pauperē iustum: et nō parcam⁹ viduē: nec veterano: nec reuereamur canos multi tpis. sit aūt fortitudo nr̃a lex iusticie. Qđ eni infirmū est inutile inueniť. Posita inuitatiōe p quā reprobi ⁊ puersi alliciūt ⁊ prouocāt seipsos ad pctā lasciuie corporalis. Hic ponit eoꝝ inuitatio q̄ se inuicē animāt ⁊ inuitant ad pctā iniusticie fraternalis. Et circa hoc duo fiunt. Nā pmo loquūť impij generaliť. Secūdo crucifixores xp̄i specialiť. ibi. Circūueniam⁹ Circa pmū duo fiunt. Nā pmo se hortāť ad iustoꝝ oppressionē. Scđo legē quā faciūt statuūt ad sui defensionē. ibi. Sit autē fortitudo nr̃a.

Circa pmū sciēdū q̄ q̄ttuor generib⁹ hoim solēt hoies parcere etiā valde mali: vicȝ Pauperib⁹ ppter impotētiā. Iustis ppť innocētiā. Viduis ppť clemētiā. Et senib⁹ ppť reuerētiā. Hec eni oīa dictat rō naturalis cōpassionis. sȝ isti vilissimi hoies ꝯtra tales intra se ꝯspirāt. Vñ dicūt. Opprimam⁹ pauperē quātū ad primū. Iustū. quātū ad scđm. Et nō parcam⁹ vidue. quātū ad tertiū. Nec reuereamur canos multi tpis. quātū ad quartū. Sit aūt fortitudo nr̃a lex iusticie. Hoꝝ opposita docet tā rō q̄ scriptura. Esa. j. Querite iudiciū subuenite oppresso iudicate pauperē defendite viduā. Quātū ad q̄rtū. Leui. xix. Corā cano capite assurge et honora psonaȝ senis. Vñ poeta. Magna fuit quōdā hois reuerētia cani. Necȝ suo pcio ruga senilis erat. Nō sic sensit Ouid. ď arte amādi q̄ dicit li. iij. de caluis. Turpe pecus mutilū turpis sine gramine cāpus. Et sine fronde frutex et sine crine caput. Vñ notādū q̄ signāter in textu cōnectit pauperē et iustū. q̄a raro inueniť aliq̄s diues q̄n aliquo mō sit iniustus. Vñ diligēter notādū an hec sit sentētia hoim modernoꝝ qui nec paupib⁹. nec iustis. nec viduis. nec senib⁹ vllis parcūt. Amouēt a se homines mūdani viscera cōpassiōis oīno et induunt viscera crudelitatis vt nulli parcant de cui⁹ dāno lucrū expectāt. Dic Ouid. xv. meth. q̄ ē fluuius q̄dā cui⁹ aqua bibita reddit viscera bibēns saxea et q̄cq̄d inningiť in illa aqua fit lapideū. Vñ dicit. Flumē habēt cicones qđ potū saxea reddit. Visceraq̄ tactis inducit marmora rebus. Fluuius iste est cupiditas deordinata diuitiarū: cuius affectiōes priuāt miserias caritate et pietate. Vtinā de talib⁹ verificareť illud Ezech. xxxvj. Auferā cor lapideū de carne vr̃a et dabo vobis cor carneū. Consequēter ibi. Sit aūt fortitudo nr̃a. Statuūt illi iniquilegem ad suā defensionē dicētes. Si cōtingat q̄ obijciať nobis ab alijs q̄ facim⁹ cōtra legē bene fiet. q̄a sit loco legis fortitudo nr̃a. ita q̄ oēs nōs oppugnātes opprimam⁹ nec aliaȝ legē habeam⁹. q2 oīs legista debet hr̃e colorē iusticie. Et ideo subiungūt. Qđ eni infirmū est inutile inueniť ad nostrā scȝ lasciuiā puocādā. Et nota q̄ illi qui nō sunt vtiles per oblatiōes et munera ab istis maiorib⁹ cōmuniter opprimūtur quantūcūq̄ sint iusti. Isti autē qui sunt vtiles etiā si sint iniusti supportanť. Vnde nota q̄ opprimūt tyranni per potētiā et p violētiā. Iac. ij. Nonne diuites opprimūt per potētiā. Opprimūt aduocati per sapientiā. Exo. j. Venite sapiēter opprimam⁹ cū. et Esa. x. Scribētes iniusticiam scripserunt vt opprimerent in iudicio pauperes. Opprimūt prelati per negligentiā. iij. Reg. iij. Dormiens quippe oppressit eum.

B Dubitatio potest esse. An liceat per potētiā opprimere proximū. Videť q̄ sic. Licet predari et rapere ab hostib⁹. ergo licet eos opprimere. Consequētia patet: q̄a rapere ab aliquo substantiā vnde viuit. hoc ē eū opprimere. Antecedens patet per Ambro. li. suo de patriarchis. et per cōmunē vsum belloꝝ. Preterea: infideles proximi sunt. q2 oīs homo proxim⁹ est scđm illud mandatū. Diliges proximū tuū. sed scđm Aug. in epl̃a ad Vincē. donatistā. Res quas falso appellatis vr̃as: quas nec iuste possidetis. Et scđm legē terrenoꝝ regū amittere iussi estis. ergo ab infidelib⁹ pōt homo iuste rapere. Preterea: dn̄i et principes a subditis suis multa violēter extorquēt. quod ad oppressionē pertinet. sed nō est credendū q̄ tam nobiles errent. ergo est licitum. Preterea: verberare hominē pertinet ad oppressionē. sȝ hoc licet dominis. q̄a licet eos verberare seruos suos. ergo licet homini opprimere hominē. Ad oppositū est illud. Leui. xix. Non facias calumniam proximo tuo. Ad questionē dicendū q̄ opprimere est aliquē contra vires et volūtatem premere. Hoc autē fieri potest dupliciter. Vno mō scđm ordinē iuris sicut pater opprimit et verberat filios suos quib⁹ teneť castigationem. Alio mō cōtra ordinē iuris: sicut tyranni opprimūt subiectos. et hoc est pprie opprimere aliquē cōtra ordinē iuris. debilitare vel in rebus vel in psona. et hoc q̄a est ꝯtra caritatē est illicitū. Ad primū q̄ est de hostib⁹ aut est iustum bellū aut iniustuȝ. si est iustū: ea que per bellū acquirūť: eoꝝ efficiunť nec ad restitutionem tenenť. Ad secūdū dicendū q̄ bona infidelium nō licet priuatis auferre: secus est de his qui publica auctoritate funguntur. subduntur eni legib⁹ principū terrenoꝝ. Ad tertium dicēdū. q̄ vel principes extorquēt quod est necessariuȝ reipublice defendende et tunc licet subditi iniuste soluāt ipi nō sunt in periculo. Aut extorquēt qđ nō est necessariū: tūc sunt oppressores ⁊ raptores: q̄a remota iusticia in...

gna regna nō sunt nisi magna latrocinia: sicut dicit Aug⁹. iiij. de ciui. dei. Ubi ad restitutionē tenenť: hoc caueant cōfessores dn̄oꝝ. q̄a longe aliter ⁊ aliud est loqui de regib⁹. ⁊ de dn̄is istis paruis. Ad quartū dicēdū. ꝙ nulli licet aliquē verberare nisi sit ei⁹ iurisdictiōi subdit⁹ vt eū instruat. sed s̄m leges licet cū instrui. ⁊ si deficiat: licet eū ꝑ verberationē ad legē reducere. et idem de filio pōt pater. De paupertate est sciēdū ꝙ triplex in hominib⁹ reperiť paupertas. Est eni paupertas egestatis. paup̄tas honestatis. et paup̄tas vanitatis. Prima miserabilis. q̄a volūtati cōtraria. Secūda cōmēdabilis. q̄a virtuosa et volūtaria. Tercia est vituperabilis ⁊ nulli necessaria. et talis fuit paupertas quorūdā phoꝝ tp̄e Joānis euāgeliste q̄ ꝓ vana gl̄ia mūdi gēmas p̄ciosas fregerūt in signū mūdani cōtempt⁹. s̄z de his nō plus mō.

Primā paupertatē que vocatur egestas: sustinēt isti q̄ inuolūtarie sunt pauperes. q̄ si possent libēter haberēt diuitias. isti deū accusant de iniq̄tate. ꝓximū de tenacitate. fortunā suā de infelicitate. et hi sunt pleni murmuratiōib⁹ furtis et mendacijs. et licet viciosi sint vt plurimū. tn̄ piū est eoꝝ defectib⁹ subuenire. Ubi Ps̄. Btūs q̄ intelligit sup̄ egenū ⁊ pauperē. et Glo. Hiero. sup̄ illud Ecci. xij. Da misericordi et ne suscipias pctōrē. Dicit sic. Qui indigenti misericordiā tribuit nec ꝓ delicto spernit: misericordiā vere facit. Natura eni respiciēda est ⁊ nō ꝑsona. q̄ eni indigēti dat pctōri. nō q̄z pctōr est s̄z q̄a hō est: nō pctōrē s̄z iustū nutrit. q̄a nō delictū diligit s̄z naturā. Secūda est paupertas honestatis et est volūtarie assumpta ꝓpter xp̄m qua nō solū hō sollicitudinē seculi deserit imo indigentijs multis se exponit. Et isti triplicem securitatē habent. Nam sunt xp̄o similiores in cōuersatiōe. validiores in tēptatiōe. beatiores in remuneratiōe. Aug⁹. de ecclesiasticis dogmatib⁹. Bonū est pauperib⁹ facultates cū dispēsatiōe errogare. melius est ꝓ intentiōe sequēdi xp̄m in simul donare et absolutū sollicitudine egere cū xp̄o. Sed Bernar. v. florū. iij. Sunt qui pauperes esse volunt eo tn̄ pacto vt. nihil eis desit. et sic diligūt paupertatē vt nullam patianť inopiā. Sunt igiť volūtarij pauperes xp̄o similiores in cōuersatiōe: q̄a ipse realiter et effectualiť effectus est pauper ꝓ nobis. Pauper nascēdo. viuēdo. docēdo. moriēdo. In cui⁹ ꝑsona dicit Ps̄. Pauper ego sum et in laborib⁹ a iuuētute mea. Unde isti p̄nt dicere xp̄o. Dn̄e si decepti sumus: tu decepisti nos. sic viuendo. sic docēdo. Uenit ad suscipiēdā paupertatē hominib⁹ odiosam vt eā nobis redderet graciosam. dicēs illud Matth. xix. Si vis ꝑfectus esse vade ⁊ vēde om̄ia que habes et da pauperibus: et veni sequere me. Secundo sunt pauperes validiores in temptatione. Si duo hoīes ad inuicē colluctenť. et alter sit tot⁹ farcitus pannis. alius nudus. ille q̄ est nudus licet forassis habet verecūdiā. s̄z tn̄ habilior est ad luctā. nā nō habet in se vnde a socio teneať. Uita nr̄a colluctatio est cū diabolo. Ad Eph. vj. Non est nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinē tantū: s̄z aduersus principes ⁊ ptātes ⁊ rectores tenebrarū harū. Ipse aūt qui de diuitijs nō curat est nudus: diuites aūt vestiti sunt ex om̄i parte. et ideo diabolus pōt eos tenere ex om̄i parte et ꝓsternere in temptatiōe. Pauperes aūt q̄a nudi sunt: ideo euadūt. Ubi Greg⁹. Nudi cū nudo luctari debem⁹. Facili⁹ eni ad terrā trahiť: qui habz in se vnde teneať. Serpēs sicut dicit mgr̄ in historijs hoīem nudum fugit et insilit in vestitū. Sic diabolus q̄ est serpēs antiqu⁹: pauperes fugit: in diuites insilit. q̄a qui volūt diuites fieri incidunt in temptationē ⁊ in laqueū diaboli. j. Timoth. vj. Et Ecci. xxx. Melior est pauper fortis q̄̄ diues imbecillus et flagellat⁹ malicia. Tertio sunt pauperes beatiores in remuneratiōe. Erūt eni iudicis assessores in iudicio. Matth. xix. In resurrectiōe vel regneratiōe cū sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis et vos iudicātes. Et Job. xxxvj. Judiciū pauperib⁹ tribuet

Nota ꝙ sūt tria genera hoīm. qui licet nihil habeāt. tn̄ non reputanť pauperes. s̄z electi et vocati ad magnā dignitatē. Habētes in deposito securo diuitias ⁊ thesaurū. Et heredes magnoꝝ. Et hec tria inueniunť in pauperib⁹ spū. Ubi Jac. ij. Nōne pauperes elegit de⁹ in hoc mūdo? Ecce primū. diuites in fide. Ecce scd̄m. et heredes regni. Ecce tertiū. Ubi paupertas volūtaria cōfert mūdiciā. noticiā. ⁊ leticiā. De primo Sene. et ob hoc maxime amāda est paupertas. q̄a ex quo ameť ostēdit. Quippe nō habet adulationē comitē sibi fortunā ⁊ nō ꝑsonā amātē: q̄z ista respicit. Hiero. in ep̄la Paupes dei sunt. q̄ mūdana sup̄bia derelicta. humilitati se ꝑ oīa tradiderūt. Nā ⁊ pauper si superbiat: nō est dei paup. et locuples si hūilitatē diligat nō est secli diues. Uolūtates eni taliū sūt inspiciēde nō nō͠a. Hec Cassio͠d. sup̄ illō Ps̄. Edent pauperes ⁊ saturabunť. Ubi Hiero. in ep̄la. Difficilius arrogātia q̄̄ auro vel gēmis caretm⁹. His eni abiectis: interdū gloriosi sordibus tumem⁹ ⁊ venerabilē paupertatē populari auro offerim⁹. Plus est animū q̄̄ cultū deposuisse. Hec ille. Confert ergo volūtaria paupertas noticiam leticiā ⁊ mūdiciā. Tertia est paupertas vanitatis. Et talis fuit quorūdam philosophoꝝ tempore Joānis euāgeliste. qui pro vana gloria mūdi. gēmas preciosas fregerunt in signū mūdani cōtemptus.

Lectio. XXIIII

Q Jrcūueniam⁹ ergo iustū. q̄m inutilis est nobis ⁊ cōtrarius est operib⁹ nr̄is. ⁊ improperat

rat nobis pctā legis. et diffamat in nos pctā disciplīne nre. Promittit se sciētiā dei habere. ꝛ filium dei se nominat. Postq̃ ꝑ̄ſuſſiſiſ posuit verba reproboꝝ cōſpirātiū cōtra iuſtos in generali. Hic ponit verba iudeoꝝ reproboꝝ cōſpirātiū cōtra xp̄m in ſpeciali. Et circa hoc duo fiunt. Primo tractant de xp̄o decipiēdo. Secūdo de eodē occidēdo ibi. Videamꝰ. Circa primū duo fiunt. Nam p̄mo cōſpirāt ad circumueniēdū. Secūdo inducūt cauſam quare

A hoc eſt faciēdū ibi. Qm̄ inutilis eſt. Dicunt ergo primo per modū ꝯcluſionis. Circūueniamus ergo iuſtū antonomaſice. i. xp̄m. Iſta cōſpiratio adimpleta fuit Joh. xi. Collegerunt principes ꝛ pharisei cōciliū et dicebāt: quia hic hō multa ſigna facit. quid facim̄ꝰ? Si dimittimus eū ꝛc̄. Conſequēter inducūt cauſam huiꝰ circūuentiōis faciēde et accuſant xp̄m de multis. Proponūt enī cōtra eū duodecim accuſatiōes: videlicet de infructuoſa operatiōe. Et de malicioſa ꝑturbatiōe. De improperioſa intentiōe. Et de iniurioſa diffamatiōe. De ambicioſa p̄ſumptiōe. Et ſuperſticioſa blaſphematiōe. De ſecreti reuelatiōe. Et de diſcordi conuerſatiōe. De criminali paruipēſione vel irriſione. De parciali diuiſione. De p̄iudiciali cōparatiōe. Et de ſupernaturali vſurpatiōe. De iſtis articulis ſex ponunt̄ in textu iſto. Quoꝝ primū eſt de infructuoſa operatiōe: quo notat̄ vbi dicunt: qm̄ inutilis eſt nobis. Arbor que inutilis ꝛ infructuoſa eſt meret̄ excidi. Luc. iij. Omnis arbor que nō facit fructū bonū excidetur. Eodē mō eſt de ciuilitate humana q̄ nullus ocioſus debet admitti in republica: ſic docent om̄es legiſlatores. nam rō etiā hoc ſuadet que vnicuiq̄ rei ꝓpriā actionē aſſignat et tribuit. Ita qui negat ꝓprias actiōes vel operationes: negat a rebꝰ ꝓprias eſſentias: ſicut docet Auerrois. ix. metha. Commento. vij. Sed ipſe xp̄s eſt ocioſus in vita et nullū fructū reipublice affert. ergo iuſtū eſt et licitū p quācūq̄ viā eū circūuenire ꝛ deſtruere. Hec eſt coꝝ prima accuſatio. Sed iſti accuſatiōi dicendū eſt q̄ falſum accipit vel aſſumit: Xp̄s enī fuit lux mūdi. Joh. viij. Ego ſum lux mūdi. Xp̄us fuit lignū vite afferens fructꝰ duodecim p ſingulos menſes. Apoc. xxij. id eſt docens et informās duodecim ap̄los rectā fidē ꝯtinue. Nihil autē eſt vtilius mūdo q̄ lux que totū mūdū illuminat ꝛ viuificat. q̄ aūt inutilis eis fuit: culpa eorum fuit q̄ ſe p odiū a xp̄i lumine diuiſerunt. j. Joh. ij. Qui odit fratrē ſuū in tenebris eſt ꝛ in tenebris ambulat. Secūda accuſatio fuit de malicioſa ꝑturbatiōe. Et arguūt ſic. Bonū totius ciuilitatis humane eſt pax. ergo q̄ ꝑturbat pacē cōmunitatis. dignus eſt de illa cōmunitate expelli. ſed iſte eſt ꝑturbator pacis cōmunis oīum. ergo iuſtū eſt eū de ciuilitate cōmuni expelli. Et hec accuſatio notat̄ cū dicit̄. Cōtrariꝰ eſt operibꝰ nr̄is. Et iſta accuſatio de ꝑturbatione pacis: potiſſime debꝫ mouere principē. regem. ꝛ imperatorē. et generaliter quēlibet reipublice rectorē: q̄a finis operatiōis principis eſt pax ſubditoꝝ. Vñ Caſſiod. variaꝝ formaꝝ. epl̄a. ij. Decet regalis apicio curā generaliter cuſtodire cōcordiā: qm̄ ad laudem regnantis trahit̄. ſi ab hominibꝰ pax amet̄. q̄d eſt enī q̄d principē melius p̄dicet q̄ quietꝰ ꝑ̄ſ̄. cōſors ſenatus. et tota reſpublica moꝝ honeſtate veſtita? Hec ille. Sed ad hanc accuſationē r̄ndēdū eſt. q̄ xp̄s fuit ſummꝰ amator pacis: q̄a pacem ꝓmulgauit naſcēdo. Luc. ij. In terra pax hominibꝰ bone volūtatis. Pacē p̄dicauit docēdo Luc. x. In quācūq̄ domū intraueritis primū dicite pax huic domui. Pacē legauit teſtamētū ꝯdēdo dicēs. Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobiſ. Joh. xiiij. Sꝫ q̄r pax vera eſt ꝯcordiā habere cū bonis moribꝰ ꝛ litigare cū vicijs. ſm̄ Caſſiod. ſup illō p̄s. Factꝰ eſt in pace locus eiꝰ. et cū ipſi habuerūt mores peſſimos neceſſariū fuit q̄ vel eis cōtrariꝰ fuit: vel ꝯformiter cū eis malus. pacē enī malā nullus debet fouere. nā p hic maxime ꝓpoſitū eſt peſſimis diſplicere. Boetius. j. de cōſo. proſa. iij. ergo culpa cōtrarietatis ex eoꝝ culpa cauſabat̄. Tertia accu

B ſatio eſt de improperioſa cōtentiōe. et format̄ ſic. Improperare alicui pctm̄ ſuū vitioſum eſt ꝛ pacis ꝑturbatiuū: ſed hoc xp̄s facit nobis. ergo debet extirpari. Hec accuſatio notat̄ in his verbis. Et improperat nobis pctā legis. Occaſio huiꝰ accuſatiōis pōt haberi: q̄a xp̄us dixit. Joh. vij. Nōne moyſes dedit vobis legē et nemo ex vobis facit legē? Sꝫ ad hoc dicēdū eſt q̄ caret ſcrupulo ſocietatis occulte: qui manifeſto facinori nō deſinit obuiare. Manifeſtū autē fuit facinꝰ eoꝝ: et inde merito debuit eos increpare. ſꝫ q̄a obſequiū amicos: et veritas odiū parit. iō factꝰ eſt accuſantibꝰ odioſus. Quarta accuſatio eſt de iniurioſa diffamatiōe et hoc ſpecialit̄ in doctrina. Et format̄ ſic. quicūq̄ in docendo ſeducit vel abducit homines a bonis moribus publice vel occulte: dignus eſt expelli de cōmunitate et deſtrui. et quicunq̄ imponit alicui niſi probet: dignus eſt pena talionis ſed xp̄us publice dixit q̄ nos iudei falſa et friuola docemꝰ et legē diſſoluimꝰ ꝛ hoc non probat. ergo dignus eſt a noſtra cōmunitate exterminari. Materia huius accuſatiōis accipit̄ de verbo ſaluatoris. Math. xv. Irritum feciſtis mandatū dei propter traditiōes veſtras. Et notat̄ accuſatio in his verbis. Et diffamat in nos peccata diſciplīne noſtre. Sed ad id reſpondēdū eſt. q̄ falſis informationibꝰ reſiſtendum eſt et p̄cipue a veris. ſed xp̄us fuit magiſter verax ſicut ipſi perhibuerūt teſtimoniū. Matth. xxij. Magiſter ſcimꝰ q̄r verax es ꝛ viā

dei in veritate doces. sed amico socrate. ꝛ amica veritate. scriũm est ꝓhonorare veritatẽ. ideo cũ xp̃s esset ipsa veritas: iustum fuit eos redarguere de falsitate doctrine. nec fuit diffamatio qa falsa eoꝝ doctrina fuit notoria. Vñ ipsi se diffamauerũt. Quinta est accusatio de ambiciosa ꝑsumptiõe et accusant eũ sic. Quicũqꝫ sibi equalitatẽ sciẽtie dei arrogat: quasi peccm̃ primi parẽtis replicat: xp̃s aũt hoc fecit. qa dixit. Joh. vij. A meipso nõ veni. sed verax est q misit me quẽ vos nescitis. ego aũt scio eũ. et q scit cũ ꝑfecte est equalis ei in sciẽtia. Hinc dicendum est ꝙ nõ fuit ꝑsumptio. sed humilis notificatio et per exper inctã ꝓbatio ẽm illud Joh. xvj. Nũc scim⁹ qa scis oĩa et nõ est tibi opus vt quis te interroget. Hec accusatio notaꝛ cuꝫ dicũt: ꝑmittit se sciẽtiã dei habere. id est iactat se scientiã dei habere. Sexta accusatio est de supsticiosa blasphematiõe et formaꝛ sic. Quicunqꝫ dicit se filiũ dei naturalẽ et exigit sibi cultum fieri supsticiosum et etiã blasphemat deũ. Sꝫ de blasphemo scribiꝛ. xxiij. Leui. Quicũqꝫ blasphemauerit nomẽ dñi morte moriatur: et hoc fecit xp̃s. Joh. v. Vos dicitis qa blasphemo qꝛ dixi fili⁹ dei sum. Sꝫ hec accusatio refellitur. qꝛ nõ fuit blasphemia sed vera annũciatio sicut opera manifestauerũt et ꝓbauerũt cecos illuminãdo. mortuos suscitãdo. leprosos mũdando. et oĩes infirmos curãdo. qđ cõuenit soli deo. Vnde math. xxvij. cõpunctus centurio dixit ita. Vere filius dei erat iste. Hec accusatio notaꝛ in lr̃a cũ dicꝛ: filiũ dei se nominat. Licet oẽs eo xp̃iani filij dei nominenꝛ et sunt. j. Joh. iij. Videte qualeꝫ caritatẽ dedit nobis pater vt filij dei nominemur et sim⁹. et Joh. j. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Vñ viri ecclesiastici et animaꝝ curati dicũꝛ filij dei signãꝛ cõputati. Sap̃. vj. Computati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum est. qa filij patri assimilanꝛ. qa ẽm Aug'. filius dicꝛ qa fit vt ille. Deus aũt incõmutabilis in potẽtia. Ineffabilis in sapiẽtia. indicibilis in demẽtia. Debet igiꝛ in eis apparere pr̃is potentia: p carnis mortificationẽ. Filij sapiẽtia per sanctã informationẽ. Et spũssancti demẽtia per iniuriarũ remissionẽ. De primo dicꝛ. j. Machab. iij. Accingimini et estote filij potẽtes. Accingimini per cõtinẽtiã carnalis voluptatis. Que accinctura quattuor zonas habꝫ iuxta quattuor exempla in scriptura. Vnã ad pectus. aliã ad ventrẽ. vnã ad renes. et vnaꝫ ad lumbos. Ad pect⁹ dꝫ esse zona aurea. Ad ventrẽ zona linea Ad renes zona funea. Et ad lumbos zona pellicea. Zona aurea est mũdicia mẽtalis puritatis. et hec debet poni ad pectus contra immũdas cogitatiões. Zona linea est temperãtia nimie supfluitatis ꝛ hec debet poni ad ventrẽ cõtra superfluas cõmessationes. Zona funea est penitentia rigida et austera et hec debet poni ad renes contra libidinis titillatiões. Et zona pellicea est reminiscẽtia nostre mortalitatis et hec debet poni ad lumbos contra voluptatis delectiões. De prima zona dicꝛ Apoc. j. de Joãne qui vidit personã similẽ filio hois vestitum podere precinctuꝫ ad mãmillas zona aurea. De secũda Joh. xiij. Christus precinxit se linteo et cepit lauare pedes discipuloꝝ. De tertia. Job. xij. Balteũ regum dissoluit et precinxit fune renes eoꝝ. De quarta. Math. iij. Joannes habebat zonã pelliceã circa lumbos suos. Qui aũt sic sunt accincti: possunt esse filij dei potẽtes per carnis mortificationẽ. Referunt fabule et scribiꝛ in lib. eplaꝝ Ouidij epla penul. de hercule ex alcmena nato. Juno vxor iouis voluit herculem interficere. Et misit ad pueꝝ iacẽtẽ in cunis duas angues vt pueꝝ interfecissent qui eas manib⁹ cõstrictas occidit. ꝛ in hoc cõpertũ est ipsum esse filiũ iouis. Hercules est quilibet literat⁹ qui nasciꝛ spũali generatiõe generosus qñ cura sibi cõmittiꝛ aiaꝝ. sic eni põt hõ nasci cũ sit senex. Joh. iij. Nutriꝛ delicate et poniꝛ in cunia qñ vestiꝛ delicijs diuicijs decimis et oblatiõib⁹ ecclesiasticis debitis patrimonio crucifixi. sed qđ euenit. forte dum esset pauper scholaris. vixit satis caste et satis dure. Jã aũt est in cunis: vestiꝛ mollib⁹ et epulaꝛ quotidie splendide. statim iuno. i. sensualitas. duas angues mittit vt sic occidaꝛ fili⁹ iste iouis: videlicet per gulã ꝛ luxuriã. qa statim ex delicijs ꝛ honorib⁹ carnis tẽptatiões oriuntur. Sed si vellet ostendere ꝙ sit filius iouis. manibus. id est potẽti custodia et resistẽtia rõnis et volũtatis. angues tẽptatiõis occidit. et sic se filium iouis. id est xp̃i ostẽdit. vt dicere possit de eo xp̃us. Illud Math. iij. Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Sꝫ reuera timẽdũ est ꝙ de istis filijs cõqueriꝛ xp̃s dicẽs illud Esa. j. Filios enutriui et exaltaui: ipsi aũt spreuerũt me. Qui eni deberẽt esse filij xp̃i: sũt hostes xp̃i. et qui deberẽt esse filij potẽtes: sunt totaliter imbecilles. Viuunt pompis ꝛ vanitatibus: in delicijs et voluptatib⁹: et carni sue succumbũt. nec cõtra eã: sꝫ ꝯtra xp̃m pugnãt. De quib⁹ loquiꝛ Bernar. sup cãtica sermo. xxxiij. et ad clerũ in rhemẽsi cõcilio. Ministri inquit xp̃i sunt et seruiũt antixp̃o. honorati incedunt de bonis dñi. cui honorẽ ñ deferũt. inde ẽ eis. quẽ quotidie vides. meretrici⁹ nitor. histrionicus habitus. regius apparat⁹. inde aurũ in frenis in sellis in calcarib⁹. plus calcaria ꝙ̃ altaria fulgẽt. Inde mẽse splẽdide cibis et ciphis. inde comessatiões ꝛ ebrietates. inde cithara et lira. inde redundãtia torcularia et promptuaria plena eructãtia ex hoc in illud. Pro huiuscemodi volũt esse ꝛ sunt ecclesiarũ. Prepositi. Decani. Archidiani. et Episcopi. Hec ille.

Contra istos malos filios loquitur in eodē sic dicens. Olim pdictū est ⁊ nunc tps adimpletiōis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyrū. Amarior post in cōflictu hereticoꝝ. amarissima nunc in moribus domesticoꝝ. Non fugare, non fugere eos pōt. ita inualuerūt et multiplicati sunt supra numerū. intestinalis et insanabilis est plaga ecclesie. et ideo in pace eius amaritudo amarissima. Sed in qua pace? Pax et non est pax. Pax a paganis: pax ab hereticis. sed nō pax. profecto a filijs. Vox plangētis ecclesie in tpe isto. Filios enutriui ⁊c. spreuerūt ⁊ maculauerunt. A turpi vita. a turpi questu. a turpi commertio. a negotio denicꝫ perambulante in tenebris. superest vt iam de medio fiat demonium meridianū. Hec ille. Isti mali filij non sunt filij dei nō sunt potētes accincti ſꝫ imbecilles ⁊ debiles et filij sue carnis. ad Roma. ix. Non qui filij carnis hi filij dei sunt. ſꝫ qui filij pmissiois. Canti. j. Filij matris mee pugnauerūt contra me. Non vos sic carissimi; ſꝫ appareat in vobis potētia patris nri. ad Eph. v. Estote imitatores dei sicut filij carissimi. Secūdo debet in istis filijs. id est personis ecclesiasticis apparere filij sapiētia per sanctā informationē. eis enim dicitur. j. Thessa. v. Omnes vos filij lucis estis et filij diei. Ex quo susceperūt docēdi officiū: illuminare debēt luce sapiētie corda subiectoꝝ. Sed re vera timēdū est ꝙ de filijs istis iam verificatur qđ de filijs heli legitur. j. Regl. ij. Porro filij helij filij belial. Nescientes dñm necꝫ officiū sacerdotū ad ppłum. qui tā lucis claritate lucere deberēt. vt dicitur ad Eph. v. Vt filij lucis ambulate. Tertio debēt in eis apparere spūssancti clemētia per iniuriarū remissionē. ⁊ hoc est maxime pprīū per qđ filij xpi discerni possūt. Nam xpo pprīū est misereri. Et ideo nobis dicitur Luc. vj. Eritis filij altissimi qa ipse benignus est sup ingratos ⁊ malos. Estote ergo misericordes sicut et pater vester misericors est.

Lectio. XXIIII

Factus est nobis

in traductionē cogitationū nrarū: grauis ē nobis etiā ad vidēdū. qm̄ dissimilis est alijs vita illius et imutate sunt vie illius. Propositis in textu pcedēti sex accusatiōibus iudeoꝝ cōtra xpm. In isto textu addūtur due alie cōtra eundē. Et fm hoc lra ista diuiditur in duas partes. Nam primo accusant xpm de secreti reuelatiōe. Secūdo de discordi

A conuersatiōe ibi. Grauis est nobis. Accusant ergo primo sic. Ille qui occulta cōsilia reuelat prodiciosus est et fraudulētus fm illud Prouer. ij. Qui ambulat fraudulēter reuelat arcana. Sed iste prodiciosus ⁊ fraudulētus: est a cōmunitate extirpādus. talis autē est xps. ergo ⁊c. Causam et materiā huius accusatiōis acceperūt Math. ix. Cum vidisset iesus cogitatiōes eoꝝ dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vris? Et loquebatur iudeis murmurātibus de hoc ꝙ paralitico petā dimisit. sed fatue excecati fuerūt. Ex hoc enim cōclusisse debebāt ꝙ veraciter fuit deus qui solus cogitatōes hoim videre pōt. In ps. Dñs scit cogitatiōes hoim: qm̄ vane sunt. Arguūt autē cōtra xpm sic. Maxima secreta hois sunt cogitatiōes. Et ideo q reuelat cogitatōes hoim: maxime eos cōfundit. et est nociuus in cōmunitate. ergo licet illū p circūuētionē destruere. Hec accusatio ponitur in his verbis. Factus est nobis in traductionē. i. ppalatōez fm Grecismū. Est enim traducere fm Grec. exēplare vel ppalare qđ fuit occultū et cedit ad dehonestationē alicuius: et sic accipitur traducere Math. j. Joseph autē cū esset iustus et nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eā. Traducere idez est ꝙ ppalare ad dehonestationē virginis coram iudice. Secūda accusatio est de discordi cōuersatiōe. Et formatur sic. Quicūcꝫ studet singulari vite ⁊ dissimili alioꝝ cōmuniter viuētiū: videtur eē scismaticus in republica. qa recedit a cōmuni vnitate et cōformitate. ſꝫ talis est iste xps. ergo est scismaticus in republica qa recedit a cōmuni vnitate. Et hn̄s etiā discordē conuersationē ab alijs. talis est periculosus in republica. ergo ⁊c. Ad istā accusationē dicendū concedēdo ꝙ fuit dissimilis eis. qa ipsi fuerūt mali. Dissimilis fuit qa sine petō cōceptus ⁊ natus. sine petō sp cōuersatus. Vñ malis fuit dissimilis. ⁊ bonis fuit similis. Hec accusatio notatur in his verbis. Grauis est nobis ad vidēdum. qm̄ dissimilis est alijs vita illius et imutate sūt vie illius. i. variate sunt a nobis vie. id est opa eius. Iste modus loquēdi ostēdit eos fuisse valde inuidos. Non dicūt ꝙ grauis fuit eis ad cōuiuendū vel cōuescēdū vel ad viuendū sub eo vel ad eū audiēdū. Sꝫ grauis fuit eis ad vidēdū. Visus enim est de sensibilibus q magis spūaliter immutantur: sicut patet. ij. de aīa. ſꝫ spiritualis immutatio minus grauat ꝙ corpalis. et ideo inuidia fecit eos valde teneros. qui bonū hominē sine lesione videre nō possent. Eccū. xiiij. Nequā est oculus inuidi. ⁊ Math. xx. An oculus tuus nequā est qa ego bonus sum. Fuit de istis sicut de bubone ⁊ vespertilione. quoꝝ oculi nō sustinēt lumē solis. qa oculis egris odiosa est lux. que puris est amabilis: sicut dicit Aug. in li. cōfessionū. et Sene. Vtinā inuidi oculos centū haberēt in oībus ciuitatibus; vt de oīm felicitatibus torquerentur. Nam quāta feliciū sunt gaudia: tanta sunt inuidorū tormēta. Hec enim accusatio in caput eorum refellitur si iuste iudicentur. Hec est sententia textus. Dubitatio

B litteralis super materiam prime accusationis que est de secreti reuelatione potest esse talis,

Utrum aliquis teneat ex precepto sui iudicis reuelare secretum fidei sue commissum. Et arguitur primo quod sic quia obedire oportet deo magis quam hominibus. Act. iiij. sed iudex precipit vice dei. ergo magis est sibi obediendum quam homini qui commisit illud secretum. Preterea seruientes iurant communiter dominis suis quod nihil nocumenti percipient quin eis reuelent. Ponamus quod vnus seruiens committat fidei alterius quod damnificauit dominum suum in quodam facto. Queritur an alius debeat seruare secretum. si sic: est periurus erga dominum suum. si non: est infidelis contra socium. Preterea aliquis committat fidei mee crimen quod commisit extra confessionem. postea contingit quod est de eodem crimine infamia. iudex inquirit et excommunicat pro veritate dicenda. queritur nunquid teneor reuelare iudici. Uidetur quod sic. quia non teneor magis celare quam idem qui commisit ex ordine caritatis. sed ille tenetur dicere ex quo laborat infamia. Uidetur quod non quia tunc faceret contra fidem. et propter nullum preceptum debet peccare. Ad oppositum. Uitare fraudem et seruare fidelitatem sunt de iure nature. sed nullus iudex potest compellere ad illud quod est contra ius nature. ergo nullus iudex potest hominem per preceptum compellere ad reuelandum fidei sue commissum. Ad questionem dicendum quod secretum potest esse duplex. Uel est tale quod non potest celari sine peccato. vel potest celari sine peccato. In primo casu celare tenetur qui sub secreto recipit et non tenetur prelato precipienti dicere. quando autem non potest celare sine peccato quia forte est de aliquo perpetrando in nocumentum aliorum. sicut si aliquis committit mihi sub secreto quod ipse interficiet tali nocte talem virum vel comburet domum. illud non teneor celare. quia quod pro caritate institutum est. contra caritatem non debet militare sicut dicit Bernar. li. de precepto et dispensatione. Et tale secretum ad preceptum iudicis homo reuelare potest. Esset enim contra iusticie bonum qui secretum vellet seruare si ad effectum talem deduceretur secretum. Secus est de sigillo confessionis quia si quis sub confessione recepisset: nullo modo etiam pro morte reuelare deberet. Unde sciendum quod quando dicunt forte laice persone vel quecunque. dico tibi sub sigillo confessionis et non confitetur. nec est confessio sacramentalis. ibi non est sigillum confessionis. sed tantum sigillum secreti. Unde talis sic recipiens secretum et postea reuelans peccat mortaliter. sed tamen non est reuelator confessionis quia nulla confessio sacramentalis ibi fuit. Unde per canonem sigillum secreti proprie est quando homo dicit: dico tibi istud sub secreto. placet tibi admittere? Et alius admittit: si tunc reuelet: peccat mortaliter et crimen proditionis incurrit. Ad primum verum est. Et quia precipit homini seruare fidelitatem vbi illud non redundat in damnum proximi ideo non tenetur. Ad secundum. talis seruiens non debet admittere secretum quia esset contra iuramentum: sed statim debet dicere domino suo vel aliunde cauere de damno domini. Aliter dicitur ad illud secundum quod dato quod promisit se seruare secretum. tenetur tamen illud domino reuelare propter iuramentum seruandum et punietur de illicita promissione. Iuxta illud Isidori In malis promissionibus rescinde fidem. et in turpi voto muta decretum. hec est sententia beati Thome. j. quotlibeto. q. xv. Sed dubium est quomodo liceat eis sic iurare dominis de reuelando secreto cum videatur esse contra preceptum de correctione fraterna. Math. xviij. Si peccauerit in te frater tuus etc. Credo quod iuramentum debet intelligi saluo illo precepto et per consequens tenetur corripere conseruum si sperat eum per hoc corrigere et moueri ad restitutionem si oporteat et postea poterit: cum eum sepius deprehenderit: domino intimare non autem prima vice si sibi consenserit: propter preceptum christi. Math. vbi. s.

runt indigentiā: et tñ hoc ꝓmittere videbant.
Iteꝝ diuitie poterūt auferri inuito dño. ergo
diues indiget extrinsecus petito ꝑsidio. q̄ suaꝫ
tueat pecuniā. ꝛ illo ꝑsidio nō egeret. nisi pecu
niā possideret. ģ diuitie q̄ ꝓmiserāt facere suffi-
ciētes faciūt exteriorib⁹ indigētes. Itē nūq̄d di
uites esurire nequeunt: Num sitire non pos-
sunt: Num frigus hibernum pecuniosorum
corpa nō sentiūt: Concludit ergo metro seq̄n-
te q̄ oēm auarū diuitē duo mala sequūt in vi-
ta. Cure mordaciras: ꝛ in morte paupertas. Uñ
dicit sic. Quis fluēte diues auri gurgite. Nō
expleturas cogat auar⁹ opes. Oneretq̄ baccis
colla rubri litoris Ruraq̄ cēteno scindat opīa
boue Nec cura mordax deserit supstitē. Defū
ctūq̄ leues nō comitāt opes. Uult dicere q̄ li-
cet diues auar⁹ cogat. id ē cōgregat opes nō ex
pleturas indigētiā suaꝫ. Cōgreget inq̄t in tāta
abundātia q̄si gurges fluminis auri ad se spō
te flueret et hoc q̄stū ad pecuniā. Et oneret eti-
am colla id ē collū. Ponit plurale ꝑ singulari
baccis id est gēmis collectis in litore maris ru
bri. quod est mare egyptiacū: et hoc dicit q̄stūꝫ
ad iocalia et ornatum. Quāuis etiam sit ita di-
ues agrisq̄ scindat rura optima centū bobus
id ē. l. iugis. Quāuis inquā ita tripliciter sit di
ues. Ista duo inconuenientia eum necessario
consequuntur. id est in vita cura mordax non
deserit supstitem. Defunctūq̄ leues. id est leui
ter transeuntes opes non comitantur. Job.
xxvij. Diues cum dormierit nihil secum aufe-
ret. aperiet oculos suos et nihil inueniet.

Lectio. LXIII

Transierunt omnia

illa tanq̄ vmbra et tanq̄ nuncius pre-
currens. aut tanq̄ nauis que ptrāsit fluctuātez
aquam cuius cum preterierit non est inuenire
vestigium: neq̄ semitam carine eius in fluctib⁹

Posita confessione faciēda ab impijs in iu-
dicio generali per quam declaratur q̄ ipi ama
uerunt temporalia tanq̄ summam felicitatez.
Hic ponitur confessio per quam declarabunt
temporalis felicitatis vanitatem. Et circa hoc
duo faciunt. Nam primo exemplificant. Secū
do exempla applicant. Secūda pars. Ibi. Sic
et nos nati. Circa primum ponunt quinq̄ ex-
empla. Et sm hoc littera diuiditur in quinq̄
partes. Comparant enim temporalem felicita
tem vmbre vanescenti. nuncio precurrenti. na
ui transfretanti. aui transuolanti. ꝛ sagitte fes-
tinanti. De istis quinq̄ tria ponuntur exem-
pla in lectione hodierna. Sicut patet. Dicunt
ergo sic. Transierunt omnia illa que nos tan-
tum amauimus in seculo tanq̄ vmbra. Sicut
eñ vmbra abscondit hominem a lumīe solis
materialis: ita diuitie honores et cupiditates
mūdane auferunt et abscondunt homini gra-
tiam et dilectionem dei. Sapientie. capi. scdo.
Umbre eni transitus ē tps nr̄m. Item p̄s. Sic

vmbra cū declinat ablatus sū: dicit ī psona peccatoris. Ubi notādū q iuxta tria genera peccatoꝝ triplex vmbra correspondet. Est enī peccatū originale: est pctm veniale. ē pctm mortale. Peccato originali sī nō deleat̄ p baptismuz correspondet pena eterna. Minima tn̄ est sic dicit Aug. Peccato veniali correspondet pena tpalis. aut hic. aut in purgatorio. Pctō mortali correspōdet pena eterna. ⁊ tāto maior qnto in hac vita fuerit diuturnior et intēsior. Isti triplici peccato correspōdet triplex vmbra. Est enī q̄dā vmbra fm figurā chilindroidos. q̄dā conoidos: q̄dā vo calathoidos. Chilindr⁹ est figura rotūda et longa et inter lineas eq̄ distātes cōtenta. Vn̄ qn̄ corpus opacū ⁊ corpus luminosum sūt equalia. pcit̄ vmbra chilindroidos in infinitū sup lineas eq̄ distantes. posito q nullū aliud corp⁹ luminosū ipediat. Sic peccatū originale ē q̄si eq̄le lumini grē que posset cōcedi hoi. et q̄ pmo homi fuit cōcessa in statu inocēne p se et suis successorib⁹. Et iō pena correspondēs isti pctō ē infinita: et tn̄ sp int̄ lineas eque distantes. q: illud pctm̄ augeri nō pōt. lz alia psit sibi addi. vn̄ pena ista tenet quasi figurā chilindroidos. Sed pene pcti venialis correspondet conoidos vmbra. Con⁹ ē figura a lato tendēs in acutū. et causat̄ qn̄ cū corp⁹ obscuꝝ ē min⁹ corpore luminoso cui obycit̄. Tūc enī vmbra necessario tēdit in conū et terminatur: sicut pz in vmbra terre respectu solis. Sic moralit̄ peccatū veniale min⁹ ē q̄ grā. q: grāz ānihilare nō pt: vn̄ lz feruorē grē ipediat i operatione meritoria. stat tn̄ cum grā. ⁊ iō pena siue vmbra quā causat peccatū veniale finit̄ necessario et tendit in conū: q: satisfactiōe tpali finiri pōt. Pene vo peccati mortalis correspōdet vmbra calathoidos. Calatus ē figura contraria cono: q: incipit ab acuto et tēdit in latū. Et hec figura cōuenit vmbre qn̄ corp⁹ luminosū ē minus corpore opaco. Et hec vmbra significat penā pcti mortalis incipientē a modica tēptatione et tēdentē in latū p cōtinuatiōez assuefactiōez et recidiuatiōz. et hoc in infinitū. Et hec ē vmbra mortis vbi null⁹ ordo s; sempiternus horror inhabitat. Job. x. i fine. Scdm exēpluz de felicitate tpali ē q cōpat̄ nūcio pcurrēti. licz oīs nunci⁹ hz festinare: ille tn̄ maxime q pcedit dn̄m suū p hospicio et cibo pparando. Iō felicitas mundana nō cōpat̄ cuicūqz nūcio s; cursori velocissimo q pcedit dn̄m suū. Job. ix. Dies mei velociores fuerūt cursore: trāsierūt et n̄ viderūt bonū. Tertiū exēplū est de naui trāseunte p mare. Et q̄tū ad illud dicit sic. Aut tāq̄ nauis q ptrāsyt fluctuātē aquā: cui⁹ cū ptrāsierit nō ē inuenire vestigiū neqz semitā carine illi⁹ in fluctib⁹. Carina ē venter nauis siue media ps nauis. Iuxta illos versus differētiales Prora prior ps ē: nauis altera: tertia puppis. Dic latus eē ratē: ventrē dic esse carinā. Exemplū ē satis planū: q: sicut nauis nō relinqt vestigiū post se. Ita vita hoim mundialiū nullaz relinqt memoriā trāsactis paucis annis: ⁊ hoc ē verissimū. Plures enī nobiles perierūt q̄ habeant̄ in memoria. siue p scripturā siue p memorialia quecūqz. Et hoc intēse recogitare ad cōtēptū seculi multū iuuat. vn̄ Hiero⁹. in epl'a cxv. narrat q Xerxes rex psaꝝ cū semel de sublimi loco q̄si infinitā hoim multitudinē et innumerabilē cōsiderasset exercitū: prupit i lachrymas. Et cū ab eo requireret̄ cā. Rn̄dit: post cētū annos inqt. null⁹ istoꝝ q̄s nūc cerno supuicturus ē. Tāq̄ nauis q ptrāsyt fluctuātē aquā.

B Notādū ē q status penitentie quē iā inchoamus compat̄ naui triplici rōne. vicz pp̄ter figure qualitatē: ppter vecture cōmoditatē. ⁊ ppter iacture possibilitatē. Primo penitētia cōparat̄ naui ppter figure q̄litatē. Nauis enī figura stricta ē in extremis et lata in medio. Et isto mō ē de penitentia: q: in pncipio difficilis ē: ppter defectū assuefactiōis et resistentiā carnalis delectationis. Math. vij. Angusta ē via ⁊ arta q ducit ad vitā et pauci ambulāt p eam. In fine etiā est angusta. q: diabol⁹ insidiat̄ fini iusti cuiuscūqz. vn̄ dicit glo. Tobie. vj. sup illō Ecce piscis imanis exiuit de mari ad deuorandū eū. dicit dn̄o in cruce passo diabol⁹: q moriente crucifixo aderat: venit querens si q̄d pctī in eo inuenisset. Vn̄ mors ē illa angusta porta de q dicit̄ Luce. xiij. Contēdite p angustā portā intrare. Ista porta ē ita stricta q null⁹ oneratus diuitijs: null⁹ ipinguat⁹ delitijs: nullus adornatus vestib⁹ pciosis poterit ptrāsire donec oīa deponat et nudus euadat. Job. j. Nudus egressus sū de vtero mr̄is mee et nudus reuertar illuc. i. in terraz que ē mater oīm terrenoꝝ. In medio ē via penitentie aliquātulū et sufficienter ampla. Quia fm Boetiū. Paucis minimisqz natura cōtēta ē. Vn̄ Greg. Via dn̄i nisi in arto itinere inchoat̄: et amoris dulcedie dilatat̄. Prou. iiij. Ducā te p semitā iniqtatis. q̄s cū īgress⁹ fueris n̄ artabūt̄ gress⁹ tui ⁊ currēs n̄ habebis offēdiculū. Glo. Semite eq̄tat̄ dū īchoant̄ arte videt̄ et āguste. Cū vo pfectū capiunt iā ex cōsuetudie spaciose videt̄ et late. vn̄ ⁊ p diuerso ipe dicebat ps. ppt vba labioꝝ tuoꝝ ego custodiui vias duras. Et viā mandatoꝝ tuoꝝ cucurri cū dilatasti cor meū. Ecōtra mali hoīes īgrediūt̄ latā viā i pncipio ⁊ postea ī pgressu artāt̄ Job. xviij. Artabūt̄ gress⁹ vrtutis ei⁹. Sic ḡ vna pditio nauis ē q stricta i extremis ⁊ āpla i medio. Alia vo pditio eiusdē figure ē q ē clausa v'sus mare ⁊ apta v'sus celū. Et sic aīa penitēns claudi debet ad mundum ⁊ aperiri ad celum. Facta est enim nauis ad calcandum mare ⁊ superandum: non ad recipiendum mare. Ita aīa penitens calcarē dz mūdū: nec tangere ad

delectationē. ꝟ ad calcādū ꝛ dispēsādū. Prouer. xxxi. Facta ē quasi nauis institoris de lōge por tās panē suū. Scdo penitētia naui cōparat̃ ꝑpter vecture cōmoditatē: facilr̃. n. merces et q̄cū qꝫ alia necessaria deportant̃ de terra ad terraꝫ ꝑ naues. Existens in insula nullo mō pōt exire eā: nisi ꝑ nauē. Isto mō nos qui sumus in insula mundi: nullo sensu vel passu exire poterimus ad celū nisi ꝑ nauiculā penitētie. Et istam nauiculā xp̄s et discipuli ei⁹ ꝑmo intrauerūt vt nos audaces efficerent. Illi q̄ nō sunt exp̄ti nauigiū cū timore intrāt naues. Exp̄ti aūt et māsuen sine difficultate. In cui⁹ figurā dicit̃ Mathei. viij. Ascendente Jesu in naviculaꝫ secuti sūt eū discipuli ei⁹. Itē nauis ē vas cōe ꝑ p̄ciosis et vilib⁹. oīa recipit et saluat ꝛ ad portū optatū ꝑducit. Isto mō p̄nia nullū respuit pctōreꝫ: q̄ntūcunqꝫ sit turpis ꝓiciat se in nauē penitētie et saluabit̃. In cuius figuraꝫ Gen̄. viij. legim⁹ ꝙ oīa aīalia q̄ nō intrauerūt nauē q̄ arca Noe vocabat̃: mortua sūt. Tertiō p̄nia naui cōparatur ꝓpter iacture possibilitatē. Est enī nauis q̄si in cōtinuis p̄iculis: ꝓpter scopulos: ꝓpter fluctus: ꝓpter voragines. Eccl. xliij. Qui nauigant mare enarrāt p̄icula ei⁹. Et iō naui p̄iclitāti quadrupliciter succurrit̃: ꝑ exoneratōēꝫ ꝑ foraminū obstructionē. ꝑ aque eiectiōꝫ. ꝛ ꝑ anchore fixionē. De primo prudens nauta q̄n venit ad passū p̄iculosū vbi timet submergi: exonerat nauē suā. Sicut dicit̃ Actuū. xxvij. ꝙ illi q̄ fuerūt cum Paulo in naui: armamenta nauis eiecerunt. Isto mō ꝑsone que sūt onerate diuitijs anteq̄ꝫ veniant ad passum p̄iculosuꝫ mortis: exonerant se ꝑ confessionē et elemosynaꝝ largitionē. Scdo iuuat̃ nauis ꝯtra p̄iculū: ꝑ foraminū obturationē. Sensus nr̄i sūt q̄si quedā foramina vel fenestre per quas aq̄ temptationū ingrediūt̃ ad aīam. Et iō ista debent obturari ꝑ bonā custodiā rōnis: q2 si intrauerit, ꝑ expulsione sine nocumēto spiritalis gr̄a dei requirit̃. Hoc recognouit p̄s. qui dixit. Saluum me fac de⁹. q. in. aque ꝛc. Tertio aqua dꝫ eijci. q2 si aliq̄ noxia delectatio subītrauerit eijci dꝫ ꝑ confessionē. Quarto figi dꝫ anchora in re firma hoc ē in deo q̄ nō mutat̃. Anchora ē spes. ad Hebre. vj. Confugimus ad tenendā ꝓpositā speꝫ quā sicut anchorā habem⁹ tutā et firmā Ad Roma. viij. Si de⁹ ꝓ nobis q̄s cōtra nos. Sed ē notādum ꝙ inter p̄icula maris insolita. tria sūt p̄cipue metuēda. sirenarū cātica. Circe pocula. ꝛ ceti fallax insula. Sirene s̄m fabulas tres fuerūt. ex p̄te v̄gines et ex p̄te volucres habitātes in mari. Et dicebant̃ sirene vl' sirenes. q̄si trahentes. Sirē enī grece: traho interp̄tat̃ latine eo ꝙ ꝑ dulcissimā armoniā hoīes auscultantes ad se traxerūt: et attractos occiderunt. Una enim canebat voce humana. Alia tibijs Tertia lyra: sicut recitat Alexander in scintillario poesis. Ulyxes q̄ trāsiturus ꝑ eas tali cautela vsus est. Aures sociorꝝ obturauit cera: ne aliquid de armonia audirēt. Seip̄m alligauit malo nauis et sic euasit. Sic moraliter vlyxes sapiens interp̄tat̃ et designat mentē in q̄ prudētia inhabitare debꝫ. Tres iste sirene: corporales designant illecebras q̄ ꝑ diuersas lasciuias attrahūt ad peccatū nauigantes ꝑ mare huius mundi: ꝟ mens prudens sociorū aures. i. sensuum corporeorūꝫ potentias obturat cera. id est memoria nr̄e fragilitatis et semetip̄m alligat ad lignū crucis qḋ ē malus nauis penitentie. et sic euadit. Secundū p̄iculū singulare est circes pocula. Narrat enī Boetius. iiij. de cōso. metro. iij. ꝙ vlyxes rediens de bello troyano decēnio errauit ꝑ mare: vno x̄o tp̄e vidēs quādā insulā in q̄ circe pulcherrima dn̄a q̄ solis filia dicebat̃ habitauit. Ad eā applicuit ꝛ intrauit. Ista ꝑ incātatiōes et carmina miscuit q̄dā pocula ꝑ q̄ bibentes trāsformauit: sicut voluit a natura humana in bestias. Un̄ statim socijs vlyxis porrexit de potōe sua et mutauit vnuꝫ in aprū et aliū in leonē tertiū in ceruū ꝛ sic de alijs Ulyxi x̄o dederat mercuri⁹ q̄ de⁹ archadie dicit̃ vnū florē cuius x̄tus fuit cōtra tales incantatiōes resistere. Un̄ nihil pass⁹ euaginato gladio magā insequitur ꝛ eā ad sociorꝝ suorꝝ reparatiōnē coegit. Moralit̃ ista maga ē cupiditas seculi hec ꝑ incātatiōes suas hoīes trāsformat in bestias et eos spoliat rōne et māsuetudine ꝑ q̄ duo hō efficit̃ bestialis ad cōuictū. Q2 multipliciter hoīes in bestijs varias transformen̄t ꝑ seculi cupiditatē patere posset inductiue. Quidā lupi rapaces sicut iniusti milites. Quidam vulpes fallaces sicut subdoli mercatores. Quidā canes mordaces sicut falsi aduocati et placitatores q̄ contra quēlibet latrāt nisi ab eo aliq̄d accipiant. Tertiū p̄iculū insolitum est. ceti fallax insula. Est enim cet⁹ belua marina maxima. hec aliquando colligit in dorso suo lutum et super illud lutum crescunt gramina et herbe virescunt. Unde quasi mōticulus virens ꝛ pratū nauigantibus apparere videt̃. Qui decepti applicant vela soluunt et anchoram ibi figunt. Cū aūt se estimātes in terra solida collocatos. Ignē accendūt ꝓ decoquendis necessarijs bestia calorē sentiēs subito se subtrahit et in mari submergit. Et cū ea oēs illi in ꝓfundū ferūt̃. Hec bestia moralit̃ dignitatē vl' statū nobilē pōt significare. Hāc simplices nauigātes in mūdo desiderāt estimātes ibi eē loci soliditat̃ et quietis. Un̄ vn⁹ desiderat episcopatuꝫ. Alt̃ comitatū. Tertius abbaciā: vel prioratū. putātes se fore felices si status hm̄oi assequen̄t. Sꝫ cū iocundius se habuerit pacē et securitatē solūmō cogitātes: supueīt iterit⁹ repentin⁹ ꝛ multo veloci⁹ descēdūt ad infernū q̄ꝫ ꝑus ascēderāt talē gradū.

Lectio. LXIIII.

AUt tanq̄ auis que trāsuolat in aere nullum inuenit argumentū itineris illi⁹. Sȝ tm̄ sonit⁹ alarū verberās leuē ventū ꝛ scindēs ꝑ vim itineris aerē: cōmotis alis trāsuolauit. Et post h̄ nullū signū inuenit itineris illi⁹. Postq̄ cōparata est felicitas tēporalis naui trāsfretanti. Hic cōparat quarto aui transuolāti. Sicut em̄ auis velociter trāsuolat ꝛ nullū argumentū relinquit itineri ꝑ quod volat. Ita diuites ꝛ potētes volāt in suis honorib⁹ in dignitatib⁹ ad tēpus: ꝛ subito subtrahunt nec remanet de eis

A vestigiū siue signum. Sicut aūt in volatu auis tria sunt: sonitus impet⁹ ꝛ trāsitus. Ita in vita potētū ꝛ nobiliū est sonit⁹ pōpe ꝛ magnificentie. Impet⁹ prede ꝛ violētie: trāsitus culpe ꝛ inpenitentie. Et ista notant signant in lectiōe hodierna. vbi dicit. Sȝ tm̄ sonitus alaꝝ verberās ventū leuē ꝛ scindēs ꝑ vim itineri aerem. cōmoti alis volauit ꝛc̄. Habēt em̄ isti mali nobiles alas suas. hoc ē ꝯsiliarios suos: senescallos ꝛ balliuos suos. Isti sunt ale a dextris ꝛ a sinistris ꝑ infamiā ꝛ famam vt rapiāt paupes. Per istas alas volāt ad ꝑdā suā. Nō em̄ possūt ferri ad iniurias nec ad ꝑdationes q̄s faciunt circa paupes: nisi ꝑ malos ꝯsiliarios q̄ sunt dānabiles ale dn̄oꝝ. Hiere. ij. In alis tuis inuentus ē sanguis alaꝝ paupꝝ ꝛ innocentū. Quis est sonit⁹ istaꝝ alaꝝ? Iactātie cōcitationes ꝛ pōpe ꝛ false magnificētie. vn̄ nihil veritatis subest Sȝ q2 nō solū hn̄t sonitū pōpe ꝛ magnificentie: ſ etiā impetū ꝑde ꝛ violētie. Ideo subiūgit: Et verberās leuē ventū ꝛ scindēs ꝑ vim itineris aerē. Aer siue vent⁹ qui hic accipiunt ꝓ eodē: designāt ꝑplm mediocrē dn̄is magnis subiectū. Sic em̄ sine aere nullus p̄t viuere: ſ aer est cōis respiratio oim̄. Ita vita ꝑpli mediocris q̄ terras colūt: artes mechanicas exercēt tal' est. q2 sine eis null⁹ dn̄s talis pōt aliq̄liter victitare. Et tn̄ in tales isti nobiles ꝛ potētes exercēt vires suas. Verberāt: scindūt: spoliant: ꝛ excoriant. Per vim. i. ꝑ violētiā ꝛ iniustā potētiā vbi malos ꝑdones ꝛ eis cōsiles sine insultu ꝑmittunt. Vn̄ signāter mali recolligētes in iudicio statū suū dicent: q2 fuit sicut volat⁹ auis verberās leuē ventū: ꝛ scindēs ꝑ vim itineris aerē.

Et tertio in vita iniustoꝝ potentū: est trāsit⁹ culpe ꝛ ipenitētie. Et q̄tū ad hoc subiungit. Cōmoti alis trāsuolauit. Et post hoc nullū signū inuenit itineris illius. Sunt inter aues q̄dā q̄ mare trāsuolant: ſ certis tpibus redeūt. Que dā trāsuolāt ꝛ nunq̄ redeūt. Sic est inter peccatores. Quidā a deo volāt ꝑ peccatū: sed redeunt ꝛ mansuescunt ꝑ penitentiā. Sȝ frequēter ille nobiles aues: sicut falcones nimis lasciue auolant ꝓspere: et raro penitēt pfecte. Et post hoc nullū signū inuenit itineris illius. Nō est sic de deuotis diuitib⁹ q̄ largas elemosynas faciūt imppetuū duraturas. Sic de illis q̄ abbacias ꝑpetuas fundauert. Ecclesias collegiatas dotauerunt. Paupes religiosos fundauerūt. Ac dotas ecclīȷs q̄ plurib⁹ largit instituerūt. Si certe oēs isti trāsuolauerūt: ſ signa itineris remāserūt. Scim⁹ em̄ q2 ipi rectū iter atq̄ pfectū tenuerūt ad celū: ꝛ multomagis illi qui oīa mūdana mūdo relinquētes ad statū sue religionis volauerūt. Narrat Sext⁹ Juli⁹ Strato gemató. li. j. ca. ij. qd̄ est de ꝯsilijs explorandis hostiū. q2 Emili⁹ paulus cōsul roman⁹ apud oppidū quoddā dimissur⁹ erat exercitū in quā dā planiciē. Et subito circūspiciēs vidit quarū dā auiū multitudinē subito excitatā a quadā silua ꝯsurgere. Et statim ꝯcepit q2 ibi fuert insidie. Missis ḡ exploratorib⁹ didicit ibi decē milia armatoꝝ se abscōdisse vt romano exercitui obuiarēt. Missis ḡ ꝑ viaȝ aliā militib⁹: eos circūdedit ꝛ ꝯfudit. Hec ꝓ tanto dixerim q2 argumētū debem⁹ accipe deo placēdi ꝛ bn̄ viuendi a sanctis q̄ nos ꝑcesserūt ꝛ a mūdo volauerūt. Ingredicētes ꝓ amore xp̄i sanctā religionē ꝛ si nō ꝑ habitū exteriorē: tn̄ ꝑ sanctā ꝛ deuotā conuersationē. q2 habit⁹ nō facit monachū. iuxta ꝓuerbiū. Et si tales ꝯsideremus: videbim⁹ multas sanctas auiculas auolasse a silua mundi. ꝑ qd̄ satis nobis p3 q2 in silua hui⁹ mūdi insidie multe latēt.

B Est hic notandū q2 hō viator aui volāti merito cōparatur. Juxta illud Job. v. Homo ad laborē nascit ꝛ auis ad volandum. Possumus aūt q̄ttuor genera hoim̄ q̄ttuor generib⁹ auiū cōpare. Sūt em̄ milites: mercatores: ꝛ plan: ꝛ ꝑdicatores. Milites siue nobiles assimilāt falconib⁹. Sūt em̄ falcones aues generose q2 viuūt d̄ preda. Et ita est cōiter d̄ isto genere hoim̄. Viuūt em̄ de spoliatiōe ecclīe ꝛ religiosoꝝ ꝛ paupum subditorū: Et sicut dicit Ambro. i Examerō. Oēs aues ꝑdales: venāt predā alteri⁹ generis q̄ de sua specie: excepto solo niso. Nisus em̄ exps est hui⁹ pietatis. Istā formā seruāt cōiter nobiles: potētes: ꝛ diuites q̄ sunt q̄si eiusdē speciei cū eis. et venant. sed tm̄ illos q̄ nō pn̄t resistere. Sicut sūt canonici seculares Monachi bn̄dictini. ꝛ Cistercienses ꝛ multi alij religiosi bona sua tpalia extra ciuitates ꝛ loca munita habētes q̄ vi ꝛ violētia ab eis auferunt ꝛ tollunt: q2 nō audēt nec possūt ea defendere. Istā aūt violentiā illis q̄ sunt de sua specie nō inferūt: ꝛ hāc pietatē: si pietas debeat dici: erga seinuicē obseruāt ꝛ custodiunt. Sȝ vt dicebā hmōi ꝑciose pietatis solus nisus est exps. i. nō pticeps. Nisus ē paruissim⁹ falco in specie sua: ſ aiosus ꝛ crudelis ꝓ quātitate corpis sui ꝛ venat puas auiculas: ꝛ th̄ in necessitate: speciei sue nō parcit: sicut th̄ maiores falcones faciūt. Isti nisi figurāt vnū gen⁹ militū q̄ nō ꝓpter strenuitatē corpis, nō ꝓpter inge-

tiuitatē sanguinis: nō ꝓpt̄ nobilitatē virtutis
applicant̄ milicie: ꝗ quadā armoꝝ temeraria as
sūptione ⁊ abusiua exercitatiōe: sicut sunt mo=
dernis tꝑibus Bruones ⁊ eis cōsiles q̄ spoliāt
milites ⁊ veros armigeros cū qbꝰ sūt eiusdem
spēciei. sꝫ ꝓpter peritiaꝫ iuri. Armati eñi sunt
legibꝰ ⁊ statut: nō lanceis neqꝫ scutis. Isti in ve
nando nulli parcūt in q̄s psūt. Spoliāt milites
q̄ sunt ꝓpꝛie spēciei. Clericos: rusticos: mona=
chos ⁊ canonicos: qꝛ iusticie copiā ad quā te=
nent̄ nō exhibent nisi ꝑ munera ꝯducant̄. De
istis cōquerit̄ ecclia in ꝑsona paupis. Tre. iij.
Venatiōe ceperūt me q̄si auē inimici mei gra=
tis. Et Michee. vij. Vir fratrē suū venat̄ vsqꝫ
ad mortē. Isti ḡ mali milites ⁊ armigeri rapa=
ces sūt falcones diaboli. Et isti portant̄ sup pu
gnū diaboli: qꝛ ꝯstituūt̄ in officijs balliuoꝝ in=
iuste. Vñ locus: status ⁊ gradus quē hñt est ꝑ
manū diaboli. Caueāt sibi tñ qꝛ in duplici picu
lo sunt qꝛ hñt oculos cooꝑtos quodā velami=
ne ne circa se ꝯsiderēt: ⁊ habēt pedes illaq̄atos
quodā ligamīe ne a dño suo auolēt nisi qñ pla
cet dño ꝓ solatio ⁊ lucro suo. Ita est d̄ istis no=
bilibꝰ. Sedēt sup pugnū diaboli in magna re=
uerētia ⁊ dignitate. Sūt tñ excecati ad oē illud
qd̄ ad verā ⁊ perpetuā felicitatē ꝑtinet q̄ nō ha
bet̄ in vita ista. ij. Cor. iiij. Deus huiꝰ seculi ex
cecauit mētes infideliū. Qñ tñ placet diabolo
qꝫ isti veniant̄ ista mūdana: deponit cooꝑtio=
nē coꝝ vt videāt p̄dā suā ⁊ pmittit eos q̄si libe=
ros ad tꝑus: ⁊ statim reclamat eos qꝛ sūt ita as
suefacti ad manū suaꝫ ꝙ nolūt auolare. Sꝫ qd
de eis accidet finaliter? Reuera iuxta antiquū
exemplū. Falco ⁊ gallina hñt fata ꝯtraria. Nā
falco dū viuit ⁊ pōt volare ponit̄ sup ꝑticaꝫ in
aula reuerēter ⁊ habet vestes sub pedibꝰ ne le
dat vngues. Gallina fugat̄ ab aula: viuit in cu
ria: scalpit i terra: ⁊ colligit grana q̄ pōt: sed in
morte mutat̄ hec fortuna: qꝛ falco mortuꝰ eijci
tur de aula ⁊ ꝓijcit̄ ad funariū. Gallina inter
scutellas argēteas affert̄ ad mēsam ⁊ ponit̄ an̄
dñm. Ita erit de diuite p̄done ⁊ paupe iusto.
Luc. xvj. Factū est vt moreret̄ mēdicꝰ ⁊ porta
ret̄ ab angelis in sinū Abrae. Mortuꝰ aūt ē di
ues ⁊ sepultus ē in inferno. Et h̄ est qd̄ de eis
ꝓphetat Baruch. iij. Vbi sūt p̄ncipes gentiū
q̄ dñant̄ sup bestias q̄ sūt sup terrā .i. sup pau=
peres q̄ nō reputant̄ ab eis nisi bestie? Qui in
auibꝰ celi ludūt: q̄ argētū t. ⁊ au. in quo ꝯfidūt
hoīes ⁊ nō est finis acq̄sitionis eoꝝ? Et statim
r̄ndet̄. Exterminati sūt ⁊ ad inferos descende
rūt: ⁊ alij in loco eoꝝ surrexerūt. Scdm̄ genꝰ
hoīm sūt mercatores: ⁊ isti assimilant̄ ꝑdici: cor
uo ⁊ cigno. Perdix sicut dicit Ambro. oua al=
teriꝰ ꝑdicis rapit ⁊ furat̄. Sed pulli ꝓcreati sta
tim ad vocē mřis relinquūt falsam nutricē ⁊ se
quūt̄ matrē. Sic q̄cquid est iniuste acq̄situ ⁊ il=
licite est furtiuū. Cōuenit ḡ ꝙ mercator ꝑ viaꝫ
vsure vel aliā ꝯuentionē iniustā emit terras red
ditus ⁊ mām̄ona q̄ alij ꝓcurauerūt ⁊ occupāt
ad tꝑs: ꝗ certe post mortē suā oīa ab eo ⁊ here=
dibus suis recedūt vt dicitur: qꝛ de male q̄sitis
vix gaudet tertiꝰ heres. De talibꝰ dicit̄ Hiere.
xvij. Perdix fouet q̄ nō peperit: fouet diuitias
⁊ nō in iudicio. Scdo cōparant̄ coruo: cor=
uus furat̄ quicq̄d pōt deportare ⁊ abscondit ⁊
credit se illud alias inuenturꝫ. et veniūt bestie
⁊ comedūt si est cibus. Sic multi d̄ istis merca=
toribꝰ auarissimi sunt ⁊ pessime viuūt ⁊ q̄cquid
possunt lucrari abscondūt in arca donec mo=
riant̄ ⁊ totū cedit ad manꝰ alioꝝ. Tertio cō=
parāt̄ cigno q̄ suauissime canit īminēte morte
⁊ ideo a canēdo cignus appellat̄ fm̄ Isido. xij.
ethi. ca. vij. Sic auarꝰ nunq̄ȝ dulciter canit nisi
īminēte morte qñ ꝯdit testamētū ⁊ incipit disꝑ
gere q̄ ꝑus ꝯgregauit. Vñ Sene. Auarꝰ nihil
boni facit nisi cuꝫ morit̄. Tertiū genꝰ hoīm
sūt p̄lati ecclie. Et isti cōparant̄ aquile. Habet
eñi aquila sicut dicit̄ in libro de naturis rer ꝫ de
xtrū pedē maiorē sinistro: diligētissime nutrit
pullos suos imo corpus suū interponit inter
eos ⁊ sagittariū ad defendendū eos. Capta p̄=
da est ita liberalis ꝙ auibꝰ assistentibꝰ curialit̄
ꝑtit̄. Sic moralit̄ p̄lati licet habeāt duos pe=
des .i. duas affectiōes: vnā ad alas eoꝝ cure cō
missas: aliā ad decimas que est quasi pes sini=
ster: tñ zelus animaꝝ q̄ est dexter pes: est lōge
alio pede maior ꝑ dei gratiā. Vñ illa est causa
quare clerici placitāt in curijs ꝓ ecclesijs nō ꝓ
decimis ⁊ oblationibꝰ sed pro ouibus xp̄i tu=
endis quarū zelū maximū habent. Scdo se in
ter pullos suos .i. ꝓrochianos ⁊ sagittariū mili
tē. videlicet tyrannū iniustū interponūt nō su=
stinent eos iniuste pati ꝓ quāto eoꝝ suppetit fa
cultati. Et tertio predā suā .i. bona ecclesie curi
aliter impēdunt̄ in elemosynis vicinis indigēti
bus: vt xp̄s loquēs ꝓrochiano eoꝝ dicē possit
illud Exo. xix. Vos ip̄i vidistis quō portaue=
rim vos sup alas aquilarū ⁊ assumpserim mi=
hi. Sed timendū est ne quidā eoꝝ sint strutio
nes: quidā bubones ⁊ quidā vultures. Stru=
tiones habēt pennas sicut falcones. Job. xxxix.
Penna strutionis silis est pēnis herodij ⁊ acci
pitri. Herodius est genꝰ falconis. Vñ strutio
habet pēnas ⁊ nō volat a terra. Ita quidā p̄la
ti habēt p̄bendas ⁊ dignitates ⁊ sciētiā ⁊ tamē
semꝑ occupant̄ in terrenis. Bubones diligūt
ecclesiā propter oleū. Vñ extinguūt lumē ⁊ cō
sumūt. Ita q̄dā ecclastici lumē scie extinguūt
⁊ pinguedinē ecclie comedunt. Vultures pul
los suos in sūma macie custodiūt. Ita q̄dā pa
rochianos in sūma pauꝑtate retinent ꝑ placi=
tationes: nūc in curia ecclesiastica: nunc in cu=
ria laicali ꝑ iniustas exactiones ⁊ iniusitatas ex
torsiones: nec in eis augeri pmittūt vel pigue=
dinē gratie: vel sb̄stāte secularis: ⁊ tales p̄lati

semitā xp̄i ignorant oīno. Job. xxviij. Semitā ignorauit auis nec intuitus est eā oculus vulturis. E Quartū genus hominum sunt p̄dicatores ꝛ hi debent esse galli predicando. Caladrij confessando ꝛ grues preuolando. Job. xxxviij. Quis posuit in visceribꝰ hoīs sapientiā: vel quis dedit gallo intelligentiā. Gallus annūciat horas noctis: excitat homīes a sopore: Sic p̄dicatores prius debēt penitētie operibꝰ macerari. Debent secūdo esse caladrij in cōfessando. dicit in libro d̄ naturis rerū ꝙ Caladriꝰ ē auis alba ꝙ si infirmū respiciat infirmitatē aufert. Sic ꝯfessores infirmos respicere debēt: ꝙ peccata deleant. Et tertio sicut grues p̄uolando ꝛ ostēdendo viā. Sed timendū est ꝙ quidā sunt similes psitacoꝛ in adulādo: quidā grifalcones indignando: quidā gallinacij educādo. F Psitacꝰ naturaliter salutat quasi voce hūana. Et ideo significat adulatorē: quod ꝯfessoribꝰ loco confessionū maxime est piculosum. Grifalco si p̄mo ictu predā nō capit: indignatur: nec ad recinatorū redit. Sic quidā ꝯfessores de peccatore recidiuāte: quia nō capiūt eum p̄mo ictu indignātes desperāt: quod nullo mō est faciēdū. Gallus gallinatius si sub vētre deplumaretur: ꝛ virid verberet fouet pullos more galline. In hoc tū est differētia ꝙ gallina hoc facit naturaliter ꝓpter cōmodū pullorū. Gallinatius vero effigiatiue ꝛ ꝓpter cōmodū propriū: qꝛ plus boni a pullis recipit ꝙ̄ pullis impēdit. Sic nōnulli p̄dicatores fouent filios spirituales eis cōfessos ꝓpter bonū tēporale quod ab eis intendunt recipere: non ꝓpter zelū aīarum. Et sunt matres effectu potius ꝙ̄ affectu. Sunt eñ paupes deplumati: ꝛ ideo pullis insident vt nō ad ipis pulli: sed ipi a pullis potꝰ calefiant: q̄ ꝑ tēporali hypocrisi merebunt tribulatione ꝑpetua coronari. Esa. xxij. Ecce dominꝰ asportare te faciet sicut gallus gallinatiꝰ asportat ꝛ quasi amictū sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione.

Lectio. LXV.

AUt tanꝗ̄ sagitta

emissa in locū destinatū diuisus aer in se cōtinuo reclusus est vt ignoret trāsitus illius. In ista pte ponit quintū exemplū quo terrena felicitas cōparat sagitte festināti ad terminū. Et circa hoc duo facit. Primo ponit exemplū. Scḋo applicat ad ꝓpositū. Scḋa pars ibi: Sic ꝛ nos nati. Exemplū est manifestū sic littera p̄tendit: qꝛ sicut sagitta emissa ab arcu velocissime transit versus metā. Ita nos missi sumꝰ vt p mūdū trāseamꝰ ad mortē. Quis ista quinqꝫ exempla quibus mundana felicitas cōparat: videlicet vmbra euanescens: nūcius ꝑcurrens: nauis trāsfretans: auis trāsmigrans ꝛ sagitta penetrans: satis declarent tēporalis prosperitatis velocitatē habēt tamē singula exēpla suas ꝓprietates designantes malitiarū quas diuersi mūdani exercent. Nā p vmbrā designatur vanitas lasciuie. Per nūcium fatuitas humane prudentie. Per nauē instabilitas auaricie. Per auē sublimitas supbie. Et per sagittaꝫ dolositas malicie figurat. Est ergo notanduꝫ ꝙ sicut sagitta velocissime transit: tamē nescit quo vadat: quia aliquādo infigitur luto. aliquando repcutitur in petra. Ita miseri in hac vita qui diabolo seruiūt sunt quasi sagitte sue ꝛ mittunt ab eo ad certas malicias adimplendas sicut sibi placet. Et sicut diuisus aer in se cōtinuo reclusus est. Ita multitudo ꝑi siue in regno siue in patria siue in ciuitate: subtracto vno homine malo qui ꝑturbauit totā patriam: statim recōciliatur vna multitudo: vna patria siue ꝓuincia sicut p̄uio. Et cum ipse putaret ꝙ eo subtracto patria dissolueret vel ciuitas: tāta erit vnitas post eū ꝛ concordia: ipo in inferno dimerso sicut ante. Et h̄ quod dicit. Diuisus aer in se ꝯtinuo reclusus est: vt ignoretur trāsitus illius. Quia in ista lectione homo maliciosus cōparatur sagitte. A Notādū ꝙ diabolus habet arcus ꝛ sagittas ad nocendū. Et xp̄s arcus ꝛ sagittas cō similit ad regendū. Habet eñ diabolus tres malos arcus: quibꝰ vtit ꝯtra sanctos. Arcū carnalis cōcupiscētie. Arcū fraternalis inuidētie: ꝛ arcuꝫ mūdialis cōscientie. De arcu carnalis ꝯcupiscētie ꝓcedit mala mulier vaga inquieta ꝛ ipaciētio p̄parata ad capiēdas aīas. Sic dicit Prouerb. vij. q̄ capit ꝛ vulnerat vecors iuuenis d̄ quo ibidē subdit: ꝙ sequit eā q̄si bos ductꝰ ad victimā ꝛ ignorat ꝙ ad vincula stultꝰ trahatur donec sagitta trāsfigat cor eiꝰ. Ista est pēnata p ornatū curiosū. Ferrata p animū maliciosū. Inflāmata p amorē libidinosū. Unde cupido filius veneris dicebat ꝗ cū sagittis ꝛ facula pingebat: qꝛ amor carnal' vulnerat ꝛ inflāmat. Cū ista sagitta fuit vulneratus Dauid in aspectu Bersabe cū ꝓspiceret eā se lauanteꝫ. ij. Regl. xj. Ista sagitta abscondit in pharetra q̄ꝫdiu se occultat in camera. Arcꝰ tēdit q̄si cū ꝑuersa intentiōe ornamētis cōponit. Sꝫ sagitta emittit q̄si ipa in publicū ꝓgredit. Et iō sicut piculosū est hoībus nō armatis inter sagittas volātes incedē. Ita piculosum ē iuuenibꝰ nō habituatis in ꝟtutibꝰ ꝛ solidis moribꝰ inter mulierculaꝝ frequētias ꝯuersari. Sꝫ q̄ habitat in adiutorio altissimi in ꝓtectiōe dei celi cōmorabitur. Et talis nō timebit a sagitta volāte in die a negocio pambulāte in tenebris. sicut dic p̄s. Secūdus arcꝰ diaboli ē fraternalis īuidētie de q̄ ꝓcedit sagitta detractiōis pestifere. d̄ q̄liber dicit p̄s. Preparauerūt sagittas suas in pharetra vt sagittēt in obscuro re. cor. Et bñ dicit in obscuro: qꝛ diabolꝰ isto arcu nō vtit nisi in obscu

ro. Et sicut bonus sagittari⁹ electas suas sagit
tas nō mittit ꝯtra lapides: vbi repcutiunt̃ ⁊ frā
gunt̃. Ita nec diabol⁹ verba detractiōis eijcit
ad aures sctōꝝ viroꝝ q̄ in verbis taliū nō delec
tant̃. Uñ Hiero. in ep̄la ad rusticū monachū.
Sicut inq̄t sagitta si mittat̃ ꝯ durā materiā nō
nūq̄ī mittentē reuertit: ⁊ vulnerat vulnerātē.
Ita detractor: cū tristē viderit faciem audiēns
imo nō audiēns ꝫ obturātis aures suas ne au
diat sāguinē: ilico ꝯticescit pallet vult⁹: herēt la
bia: saliua siccat̃. hec Hiero. Idē. Nemo inuito
auditori libēter refert. Sagitta in lapide nūq̄
infigit̃ ⁊ interdū resiliēs pcutit dirigentē. Hec
est sagitta dolorosa q̄ simul tres occidit. sicut
dicit Bern. detrahentē: audientē: ⁊ absentē.
Hiere. ix. Sagitta vulnerās lingua eoꝝ doluꝫ
locuta est. Terti⁹ arc⁹ diaboli ē arcus mūdial'
ꝯsciēne: de quo pcedit sagitta maliciose ꝯspira
tōis fallaꝝ suggestionū ⁊ adinuentiōes accu-
sationū ꝯtra innocētes. Prouer. xxv. Sagitta
acuta hō qui loquit̃ ꝯtra pximū suū falsū testi
moniū. Isti figurant̃ p illos sagittarios q̄ vtra
q̄ manu fundis saxa iaciebāt ⁊ sagitta sili̇ter.
Sic dicit̃. j. Paralip. xij. Ita isti eq̄ bn̄ formant
accusatiōes ⁊ actiōes iniuste sicut iuste. ita libē
ter ꝯtra inocentē sicꝫ ꝯtra nocentē vl' ꝯsequen-
tē. Uñ ꝯquerit̃ ecclia i psona iusti Tre. iij. Te-
tendit arcū suū ⁊ posuit me q̄si signū ad sagit-
tā: misit in renib⁹ meis figuras pharetre sue.

B Isti sūt arcus diaboli ⁊ sagitte. Per oppositū
X̄pus hꝫ triplicē arcū ⁊ tria genera sagittarū.
Arc⁹ p̄m⁹ ē lux scripture. Scd̄s mors nature.
Et terti⁹ lex cēsure. De arcu scptur̃e pcedit p̄di
cator v̄bi dei. De q̄ Esa. xlix. Posuit me sicꝫ sa-
gittā electā. Sagittari⁹ xp̄s ē ⁊ ei⁹ sagitte i p̄n-
cipio fuerūt ap̄li pēnati p v̄tutes. Uñ habue-
rūt tres pēnas q̄ notāt̃. j. Cori. xiij. Fides spes
caritas tria hec. Isti fuerūt ferrati p ꝯstātiā ⁊ in
flāmati igne sp̄ūssancti. iuxta illud p̄s. Sagit-
tas suas ar. effe. Et iteꝝ: Sagitte potēns acu-
te cū car. desola. Sꝫ si sagitta sit nimis onerata
terra vel luto: nūq̄ bn̄ volabit: isto mō quidā q̄
deberēt eē sagitte xp̄i i actu p̄dicādi: sūt nimis
onerati terrenis ita q̄ volare nō possunt. Qui
dam carent pēnis qui licet sciētiā habēt: emi
nentia vite carent. Et notandū est q̄ nisi p̄nci-
palis sagittarius manū apponat ad arcū: arc⁹
nō bene emittet sagittam. Unde legimus. iiij.
Regl. xiij. q̄ Joas rex israel petitur⁹ cōsiliū de
Eliseo infirmato: accessit ad euꝫ dicens. Pater
mi pater mi. Curr⁹ isrl̃ ⁊c. Et dixit Eliseus. Af
fer arcū ⁊ sagittas. Et posuit rex manuꝫ supra
arcū: ⁊ Eliseus manū suā supra manū regis et
dixit. Sagitta salutis dn̄i ⁊ sagitta salutis ꝯtra
siriam. Siria interpretatur sublimis: manus
christi gratia superposita manu predicatoris.
Nota de Cleonino atheniensi: Sextum Ju-
lium stratogema. li. iij. ca. vj. Secundus arc⁹

christi est mors nature de quo egredit̃ sagitta
penalitatis ⁊ infirmitatis. In p̄s. Sagitte tue
infixe sunt mihi ⁊ nō. ⁊c. Et loquit̃ de penalita
tibus cōsequētibus peccatū originale. Iste ar-
cus percutit ante nos cum interficit antiquio-
res nobis. retro nos cū īterficit ⁊ pcutit iunio-
res. iuxta nos aufert nobis in etate pares. sup
nos: cū potētiores. subtus nos: cū inferiores.
In p̄s. Emitte sagittas tuas ⁊ ꝯturbabis eos.

Tertius arcus xp̄i est lex censure in futuro
iudicio a quo egredit̃ illa acutissima sagitta
sentētie diffinitiue. Uenite bn̄dicti p̄ris mei p-
cipite regnū qđ vobis paratū est ab initio mū
di ⁊ Ite maledicti in ignem eternū qui diabolo
paratus est ⁊ an. suis. De isto arcu dicit̃ in p̄s.
Dedisti metuentibus te significationē vt fugi
ant a facie arcus. Et tunc de malis adimplebi
tur illud Deutero. xxxij. Congregabo sup eos
mala ⁊ sagittas meas cōplebo in eis. Iste arc⁹
quanto diutius expectat ⁊ magis intenditur:
tanto grauius vulnerabit. Unde tunc adim-
plebitur illud Ezech. v. Mittā in eos sagittas
meas pessimas que mortifere erunt vt disper-
gam eos. Et Hiere. l. Sagitta eius quasi viri
interfectoris nō reuertet̃ vacua.

C Mouetur questio. Utrum licitū sit ⁊ meritoriū alicui chri
stiano: aliquē infidelem sicut paganū inuadē-
do peruim occidē. Et non: quia deus nō vult
mortem peccatoris sed vt cōuertatur ⁊ viuat.
Sed post mortē corporis nequit conuerti: ni-
si corpus esset miraculose restitutum ⁊ resusci
tatum. Ergo talem morti tradere nō est conso
num diuine bonitati. Item nō licet eos oc-
cidere pro quibus tenetur ecclesia orare speci
aliter; sed ecclesia in die parasceues specialiter
pro talibus orat. ergo non licet eos occidere.
Item deus est nunc ita misericors sicut fuit tē
pore sue passionis: ⁊ pagani non delinquunt
contra deum nec deliquerūt plus q̄ iudei qui
eū morti tradiderūt: sed deus p illis patrē ex-
orauit. et Petrū quia vnū ex his percussit in-
crepauit: vel saltem eum a tali facto cessare vo
luit dicens: Omnis qui gladio percutit: gla-
dio peribit. Et loquebatur ibi de gladio ma-
teriali. ergo nō licet gladio materiali contra ta
les pugnare: sed tantum gladio spirituali qui
est verbū dei. Item Aristotiles in quadaꝫ epi-
stola ad Alexandruꝫ sic dicit: O Alexāder no-
li sanguinē effundē: qr̄ q̄tiens creatura creatu
ram occidit: virtutes celoruꝫ mouentur ad di-
uinam vindictam. Item ad Hebre. xi. Mihi
vindictā ⁊ ego retribuaꝫ. Item Deutero. xxxij.
Ego occidā ⁊ ego viuere faciam. Itē malum
christianum qui omnia dei precepta est trans-
gressus non licet occidere. sed talis est pditor
cōtra deū ⁊ per consequens meruit offensam
dei plus q̄ vnus paganus q̄ se secte nr̄e nūq̄
obligādo restrinxit. Itē tales credere non pūt

nisi deus auferat sua pietate velamē a cordibꝰ
eoꝝ quo velati sunt: ne lumē veritatis ꝑcipiāt
sed hoc nō est in ꝑtate eoꝝ. Iteruʒ forte multi
eoꝝ sunt q̄ si haberēt instructorē in fide: vellēt
credere. Cū q̄ nō sit in potestate taliū pauperū:
ꝙ tales instructores habeāt ꝓpter potestatē
principū suoꝝ. videt̄ ꝙ taliū error est eis inuincibilis.
Unde vt videtur ꝓpter talem errorē
nō lʒ eos occidere. Itē ois effectus est bonꝰ
ꝓpter bonū finē. Sed finis ibi ꝑncipaliter intentꝰ
ē eoꝝ ꝯuersio ad fidē nostrā: s ad h faciēdū
nō ꝑnt cogi: qꝛ nemo accedit ad deuʒ nisi ꝑ
fidē s credere nō pōt quis nisi volens. q̄ ꝛc.
Ad oppositū. Isti pagani vi ꝛ armis iniuste occupāt
terrā repromissionis q̄ terra a deo ꝓmittebat̄
Abrae ꝛ semini eiꝰ. cuius ex fide nos sumus
filij specialiter rōne baptismi q̄ respōdet
circūcisioni in lege Moysi. Ergo licitū est cuʒ
talibus armis sʒ materialibꝰ iuste omni nisu
ꝓ patria nobis ꝓmissa pugnare: cū armis ipsi
iniuste nitunt̄ ꝯtra nos resistere: qꝛ licitū est ꝓ
patria pugnare ꝛ vim vi repellere cū moderamine
saltē inculpate tutele: ꝛ sic iniustū occupatorē
ū patrie expellere. Vel si credere si voluerit
eū inuadēdo morti tradere: in q̄ casu qui
sic iniuste resistit videt̄ esse causa sue mortis. Exemplū
de adultero sponsā alicuiꝰ mariti in domo
eiusdē mariti occupāte ꝛ ipi marito vi ꝛ armis
resistēte ꝛ fugere nō volente. In q̄ casu si
maritꝰ adulteꝝ occidit: nō videt̄ eē reus mortis.
Itē talis effectus est licitꝰ respectu cuius votū
est licitū. Sed votum respectu talis effectꝰ qui
est inimicos crucis xp̄i occidere est licitū fm ecclesiam
militantē. q̄ talis effectꝰ est licitꝰ. Itē ille
effectꝰ videt̄ licitꝰ ꝓ quo a sūmo pōtifice plenissime
indulgēcie: sicut a culpa ꝛ a pena cōcedunt̄.
Sed ꝯtra paganos pugnaturis a sūmo
pōntifice tales indulgētie ꝯcedūt̄. Ergo ꝯtra eos
pugnare ē licitū ꝛ meritoriū. Itē ad eos expugnandū
taxant̄ ecclesie anglicane hoc volente
sūmo pōtifice. q̄ videt̄ oībus rectoribꝰ ecclesiarū
anglie esse obediēduʒ ꝛ h iuste in hac pte qꝛ
oīa sua sunt: cū ergo ipse colligat ꝑncipaliter ꝓpter
talē finē: videt̄ ꝙ ipse finis sit licitus. Ad
questionē dicendū ē ꝙ sic. Tamē inter infideles
distinctio est. Sunt eñ aliq̄ infideles subiecti
ecclesie ꝛ ꝯfederati fidelibꝰ sicut serui dominis
suis vt ab eis regant̄ ꝛ ꝓtegant̄. Alij sunt
infideles ꝛ rebelles ecclesie ꝑsecutores christianoꝝ
ꝛ insultātes doctrine xp̄iane. Scdm distinguendū
ē de inuasione. Quia vel aliq̄ priuata
ꝑsona hoc ꝑsumit sine auctoritate ecclie.

D Tertio ē notandū ꝙ infideliū varie sunt secte.
Sūt eñ quidā gentiles siue pagani q̄ nullā
legē habent nisi forte legē nature. Sūt etiā iudei:
sūt saraceni: sūt idolatre: sunt heretici. Isti
aūt ad fidē xp̄i diuersimode se habēt. Nā heretici
cōpelli debent ad fidē quā susceperūt. Saraceni
sūt tales qui ꝑdicatores fidei nō admittūt:
imo in lege eoꝝ cautū est ꝙ quicūq̄ ꝑdicauerit
cōtra legē Machomeri: occidat̄. Et ideo
de eis nō est spes cōuersionis. Cuʒ fides sit ex
auditu. Auditꝰ aūtē ꝑ verbū dei. Ad Roma.
x. Non eñ est possibile docere vitā christi nisi
destruendo ꝛ reprobando legē Machometi.
Unde isti ꝑbent sibiipsis obstaculū salutis. loquēdo
de infidelibus alligatis xp̄ianis vt permittant̄
ꝛ ꝓtegātur. Si eñ aliqui sunt tales nō
est licitum nec meritoriū tales inuadere vi ꝛ armis
cū sic ꝯtra fedus initum ꝛ pacē eis ꝯcessā.
Exemplū de gabaonitis. Josue. ix. legimꝰ qꝛ
ꝑncipes filij israel licet decepti ꝑ doluʒ gabaonitarū
qꝛ tunc iurauerūt eis ꝙ eos nō interficerent:
ꝑmiserūt eos viuere ꝛ eis seruiturē indixerūt.
sicut sequit̄ ibidē. Reseruent̄ quidē ꝛ viuēt:
ne ꝯtra nos ira dñi ꝯcitet̄: si peierauerimꝰ
sed sic viuāt vt in vsus vniuerse multitudinis
ligna cedāt: aquasq̄ cōportēt ꝛc. Sic a multo
fortiori. si aliqui fideles licite ꝑmiserunt paganis
tuitionē ꝛ dominiū qui volunt cōuiuere sine
cōtumelia creatoris: ꝛ maxime si sint in spe
de cōuersione eorum: non licet tales interficere.
Sʒ hoc est ꝑ accidens. Secūdo de alijs infidelibꝰ
rebellibꝰ ecclesie ꝛ ꝑsecutoribꝰ fidei xp̄iane
cuiuscūq̄ fuerit ꝯditiōis: licitū ē xp̄iano ꝑueniente
ecclesie vi ꝛ armis inuadere: eos spoliare
ꝛ interficere ꝛ eorū bona fidelibus applicare.
Exceptis dumtaxat iudeis de quibꝰ estimo
ꝙ dato ꝙ ecclesia posset eos occidere nō esset licitū
qꝛ ecclesia ꝑmittit eos viuere ꝑcipue qꝛ cū
introierit plenitudo gētiū: reliquie eoꝝ cōuertentur
ad fidē. Sicut dicit Apl's ad Roma. xj.
predicāte Enoch ꝛ helya: fm glosā. Et Esa.
x. Reliquie israel salue fient. Unde de eoꝝ cōuersione
spes est ꝓpter ꝓphetiā. Et ideo non
debēt oino deleri. Unde dicitur. xxiij. q. viij.
dispar. Dispar eñ est iudeoꝝ ꝛ saracenorum
causa. In illos eñ qui xp̄ianos ꝑsequunt̄ ꝛ ex
vrbibus ꝛ ꝓprijs sedibus pellūt. iuste pugnatur:
hi vero vbiq̄ seruire parati sunt. Quō aūt
cōtra saracenos ꝛ alios infideles liceat auctoritate
ecclesie suffragāte bellare: ꝑsuadet̄ multipliciter.
Primo sic. Licet fidelibꝰ bona eis debita
ꝛ ab alijs iniuste detēta bellādo recuperare.
Sed saraceni ꝛ alij infideles terras occupant
ꝛ alia bona que fidelibꝰ sunt debita. ergo
ꝛc. Maior de se patet ꝛ ratione ꝛ cōsuetudine
approbatur. Minor ostendit̄. Nā saraceni occupant
terrā sanctam ꝛ quedā alia loca olim a
christianis iuste possessa. Item de iure diuino
omnia bona tpalia sunt iustoꝝ. ergo iniusti quicquid
occupant: iniuste occupāt. ergo bona iniustoꝝ
sunt iustis debita. Sed licet iustis illud
quod est eis debitū ꝯquirere bellādo. ergo licet
iniustos ꝛ infideles si nolint cōuerti occidere.
Item sicut in corpe naturali licet ꝛ expedit:

membrũ putridũ abscidere ne mēbra seu partes sane corrũpantur. Ita in corpe christi mystico quod est genus humanũ a christo redemptũ. ergo rebelles ⁊ infideles christianorũ corruptores licet occidere: ⁊ meritoriũ est pro loco ⁊ tēpore: imo peccatuz est dissimulare nisi p accidens impotentia vel damnũ aliud impediret. Item licitũ est per timorem inducere caritatē: quia timor seruilis parat viaz caritati fm Aug⁹. Sed quibusdā interfectis: quibusdā captiuatis residui timebunt ⁊ forsitan ex timore cōcipient caritatē ⁊ ita cōuertentur ad fidē. Itez homo p peccatũ peior efficitur ꝙ̄ bestia. Sed propter bonũ reipublice licet bestias interficere. ergo ⁊ malos peccatores. Exo. xxij. Maleficos non patiens viuere. Helyas homines occidit. Dauid samuel. xxxiij. q. iiij. Si ea ⁊c. q. vj. Scismatici. Ad rationes in oppositũ. Auctoritas intelligit de morte pene eterne quā deus nō vult peccatori absolute. sed tantũ sub cōditione si nō peniteat. Et ista stant simul. nolo fortem suspendi ⁊ tamē volo fortem suspendi si est latro. Eodē modo qui fideles expugnant nō debent eoꝝ mortem p se ⁊ principaliter ⁊ directe intendere. sed per accidens: secũdario ⁊ indirecte quia p̄ncipaliter debent velle eorũ conuersionem ad fidez: ⁊ secũdario eorum mortē si velint in eorum malicia perseuerare ⁊ sic se cōformabunt diuine volũtati. Ad secũdũ ꝙ ecclesia optat ꝙ fiant iusti: ⁊ ideo pro eis orat: sed si nolint vult eorũ maliciā abbreuiare p mortē. Ad tertiũ: quid est accipere gladiũ exponit Aug⁹. videlicet auctoritate priuata sine superiori iudicio iubente vel permittente. Unde dicit libro scđo contra manicheos ⁊ ponit in canone. xxiij. q. iiij. Ille gladiũ. Ille inquit gladiũ accipit qui nulla supiori ac legitima potestate vel iubēte vel ꝯcedēte in sanguinē alicui⁹ armat. Dicendũ a principio argumenti cōcedendo ꝙ de⁹ est ita misericors sicut vnꝗ̄ fuit. hoc est potens facere misericordiā: ita volēs si hoies se vniformiter disponāt. Et ꝙ increpauit Petruz de extractione gladij fuit ꝓpter circũstantiā temporis sue passionis qꝛ tunc non fuit tēpus vtendi armis ⁊ gladio materiali. Unde factũ Petri reprobatũ nō fuit propter substantiā facti: ꝗ nullus possit gladio materiali vti iuste: sed ꝓpter circũstantiaz tēporis. Ad quartũ de dicto Arist. ad Alexandrũ: Noli sanguinē effundere: debet sic intelligi. Noli delectari in effusione sanguinis: sicut quidā p̄ter se cōplexionis ⁊ crudelitate assueti delectant effundere sanguinez siue iuste siue iniuste. Sed christianus debet effundere sanguinē delectando de fine quē intendit in effundendo: nō de ipsa occisione p se. Ad quintum de illis verbis dñi Deutero. xxxij. Mea est vlcio ⁊c. Que auctoritas allegat ad Hebre. x. sub his verbis. Mihi vindictam ⁊ ego retribuam. Dicendũ ꝙ de⁹ retribuit vindictaz aliqñ p seipm. aliquādo p sibi seruiētes. Ad sextum quādo arguit de malo xp̄iano quē nullo mō licet occidere sicut allegat: negādũ est. Patet in latronib⁹: ꝓditoribus: hereticis ⁊ multis alijs sicut tota die videmus. Sed verũ ē ꝙ hoc nō licet cuicūq; psone: sed ministri legis ex auctoritate p̄ncipis siue legis. Ad septimũ qñ arguitur ꝙ tales nō possunt credere nisi deus ex sua pietate ⁊c. cōcedendũ est. Sed deus paratus est auferre qñcunq; volũt se disponere. Et ideo illud velamē erit i eoꝝ potestate. Illo mō loquendi quo dicimus ꝙ hoc possum⁹: qđ per amicos possumus. Et isto mō loquendi ꝗ̄ dicimus quando habem⁹ oculos clausos sole lucente ꝙ possumus videre ꝙ̄uis ad vidēdũ solis lumē requiratur apertio oculorũ. Ad octauũ dicendũ ꝙ si qui sint inter eos qui vellent credere sicut argumentũ allegat: siue viuant: siue moriant deus eos saluabit ꝙ̄uis de eo fidē explicitam nō habent: nec baptismuz fluminis: nec sanguinis. Consimiliter dicit de quibusdā hominib⁹: vbicũq; terrarũ cōmorātibus ꝗ̄ bene lege nature vtũtur: deus de salute ipis ꝓuidebit: gratiā infundet si nō p̄buerit obicē gratie. ⁊ in fine saluabit: qꝛ deus virtutē suā sacramentis nō alligauit. Unde cōcedo ꝙ homo nunꝗ̄ dānabit adultus atq; vtens ratione: quez error inuincibilis excusat si in illum errorē incidit sine culpa. Ad nonuz ꝙ finis p̄ncipalis intētus eoꝝ est salus ⁊ conuersio ad fidem. sed finis secundari⁹ est extirpatio. Unde si voluerint credere nō interficientur. Sic finis p̄ncipaliter intentus medico: est sanare si possit pedē putridũ. Et scđo intendit si hoc nō possit: pedē abscindere. Et quādo dicit ꝙ non sunt cogendi ad fidē. Dicendũ ꝓprie loquēdo nō possunt cogi ad fidē: possunt tñ cogi desistere a blasphemijs ⁊ alijs erroribus possunt etiam cogi ad quasdā dispositiōes preuias fidei. Similiter cũ bellatorib⁹ debent p̄dicatoribus assistere: vt ex vna pte alliciantur: ⁊ si assentire noluerint feriant. Quia dictũ est respōdendo ad tertiũ argumentũ ꝙ Petrus gladiũ extraxit tēpore passionis christi: dubiuz esse pōt an ipse peccauerit hoc faciendo: ꝙ nō. Quia ex amore xp̄i hoc fecit. Unde Hiero. Petrus fecit hoc eodē mentis ardore ꝗ ⁊c. Rabanus etiaz in hoc facto cōparat euz phinees. Sciebat eñ ꝙ Phinees puniēdo sacrilegos mercedē iusticie ⁊ sacerdotij ꝑhennis acceperat. Sed ad oppositum est ꝙ dominus eũ sup facto increpauit. ergo peccauit. Et preterea nec iudex fuit nec a iudice auctoritatē habuit. ergo puniēdo licet peccatorē: errauit. Dicendũ est ꝙ peccauit: excusatur tamē in parte ꝓpter zelum quo fecit. Sicut Moyses qui egyptiũ occidit. Exo.

ij. Iste em̄ zelauit p domino suo. Moyses pro fratre suo. Et ideo si Moyses ppter zelū quē habuit ad fratrē est excusabilis aliq̄ mō de homicidio egyptij sine auctoritate legis cōmisso multo fortius Petrus q̄ ducet⁹ zelo dn̄i sui quē sciebat esse deū excusandus est. Vn̄ Aug⁹. xxij. ɔtra Faustū de Moyse ꝛ Petro in hoc casu loquens ait. Vterqꝫ non detestabili immanitate ꝛ non emendabili animositate iusticie regulā excessit. vterqꝫ em̄ odio improbitatis aliene: sꝫ ille fraterno: iste dn̄ico licet adhuc carnali amore peccauit. Hec Aug⁹. Ad primū dicendū q̄ amor ille fuit carnalis. ꝛ ideo Petrū nō excusauit. Eodem em̄ amore motus dissuasit xp̄o aliās ne pateret: ppter quod dn̄s eū increpādo sathan appellauit. Math. xvj. Ad scd̄m de dicto Rabani nō similis fuit phinces zelo discreto: Petrus zelo impetuoso mādatie in p̄ñtia magistri: sine cuius imperio nihil debebat fecisse. Similit̄ Phinees fuit sacerdos ad quē ptinebat punitio peccatoꝝ i veteri lege. Et similiter Mathathias q̄ trucidauit idolatrā sup aram. j. Macha. ij. Scd̄ ɔtra a d̄huc in excusatione Petri arguit̄. q̄ xp̄us p̄ceperat ante: q̄ qui nō haberet gladiū vendendo tunicā emeret gladiū. Et r̄nderūt q̄ duos haberēt in p̄mptu. Et dicit xp̄us q̄ sufficit. Ad istud respōdet Aug⁹. xij. ɔtra faustū. Vnqꝫ dn̄s iusserat vt ferrū discipuli eius ferrēnt: sed non iusserat vt ferirent q̄r nec ad hoc ferre p̄cepit: nec erant qui gladijs vti potuissent. nec vsqꝫ tūc de emendis gladijs p̄ceptū dedissꝫ. q̄r s̄m Lucā iussit hoc post cenā q̄n iam oportune emi nō possent. Sed voluit p illud verbum ostēdere q̄ tēpus sue passionis iminebat: vbi gladioꝝ fuisset necessitas si se defendere voluisset. sicut noluit. Ad litterā dici pōt q̄ quidā de discipulis qui magnanimi fuerunt sicut Petrus: cū frequēter audissent q̄ tradēdus erat in manus peccatoruꝫ: de gladijs sibi puiderūt vt si forte opus esset: magistrū suū defenderent: mō xp̄us hoc noluit. ꝛ iō Petr⁹ gladio pcutiēs: peccauit: q̄r voluntatē dn̄i sui nō inq̄siuit. ꝛ iō lꝫ excuset̄ aliq̄ mō videlicet inq̄ntū fecit h̄ ppter zelū magni amoris quē habebat ad magistrū suū dn̄m n̄rm Jesū xp̄m. tn̄ nō excusat̄ a toto. imo s̄m doctores ipse peccauit. Et sic docet Aug⁹. libro p̄allegato. Istud fuit signū ꝓbitatis future in Petro ꝛ magni ei⁹ zeli p ecclia. lꝫ zelus fuerit indiscretus. Sꝫ si p excusatiōe bti Petri ad huc replicaret̄. q̄ licētiā postulauit dicēs: Dn̄e: Si pcutim⁹ in gladio Luc. xxij. Dicat̄ q̄ ppt̄ zeli īpetuositatē nō expectauit licentiā. Nā si sp sufficiu petita sꝫ obtenta licentia. Lectio. LXVI.

p̄paratione euāgelij pacis. Calciare pedes eſt
ꝑ exempla ſanctoꝝ qui mortui ſunt affectiōes
nr̄as mitiuere. Scḋo tempātia eſt quaſi galea
Sicut eñ ad lrām galea ꝓtegit caput in q̄ ſunt
omnes ſenſus. ita t̄pantia in cibo ⁊ potu facit
hominē hobere bonū caput ⁊ ſenſum viuacē.
Eſa. lix. Galea ſalutis in capite eiꝰ. Tertio ſcu
tum eſt patiētia ſiue fortitudo. Treno. iij. Da-
bis eis ſcutū cordis laborē tuū. id eſt patientiā
q̄ ſuſtineant corde forti labores ꝓ te. Quarto
lancea eſt prudētia. hō eñ per lanceā vulne-
rat hoſtē ⁊ ꝓcul repellit a ſe. Ita homo ꝑ pru-
dentiā illa que ſunt ꝓcul p̄uidet ⁊ occurrit eis.
quia rerū exitus prudentia metit. Hiere. xlvj.
State in galeis: polite lāceas: induite vos lori-
cis ⁊ cetera. Utrū ignis purgatorius inuol D
uet reprobos. Et videt q2 nō. q2 Malach. iij.
ſup illḋ o. Purgauit filios leui: dič glo. Duos
ignes legimꝰ futuros: vnū quo purgabit ele-
ctos ⁊ p̄cedit iudicium. Alteru3 qui reprobos
cruciabit. ſed hic eſt ignis inferni q̄ malos in-
uoluet. Primꝰ aūt ē ignis finalis ↄflagratiōis
ergo ignis finalis conflagratiōis non erit ille
ignis q̄ malos inuoluet. Preterea ignis ille deo
obſequit in purgatione mūdi: ergo debet re-
munerari aliīs elementis remuneratis. Et p̄-
cipue cū ignis ſit nobiliſſimū elementoꝝ. non
ergo videt q2 in infernū debeat deijci ad dam
natoꝝ penā. Preterea ignis qui malos in-
uoluet erit ignis inferni: ſ; ignis ab initio mū-
di p̄paratus eſt damnatis. Unḋ Math. xxv.
Ite maledicti in ignē eternū qui p̄paratꝰ eſt ⁊c.
Similiter Eſa. xxx. Parata ē ab heri tophet a
rege p̄parata ⁊c. glo. ab heri. i. ab inito: tophet

vallis gehēne ſꝫ ignis ille finalis cōflagratiōis nō erit ab initio ꝑparatꝰ ſꝫ ex cōcurſu mūdanoꝝ igniū generabiꝛ. ergo ignis ille eſt alius ab igne inferni qui reprobos inuoluet. In cōtrariū eſt qḋ in pſalmo de illo igne dicitꝛ: ꝙ inflammabit in circuitu inimicos eius. Preterea: Dañ. vij. dicitꝛ. Fluuius igneus rapidusqꝫ egrediebatꝛ a facie eius. Glo. vt peccatores traheret in gehēnā. Loquitꝛ aūt auctoritas illa de illo igne de quo nūc eſt mētio. vt patꝫ per quandam gloſam. que ibi dicit. Ut bonos purget ⁊ malos puniat. ergo ignis finalis cōflagratōis in infernū cū reprobis demergetꝛ. Dicendū ꝙ tota purgatio mūdi et innouatio ad purgationem ⁊ innouationē hoīs ordinabitꝛ. Et ideo oportet vt mūdi purgatio ⁊ innouatio: purgatiōi ⁊ innouatōi hūani generis rñdeat. Humani autē generis purgatio quedā erit ꝙ mali ſegregabuntꝛ a bonis. Unde dicitꝛ Luc. iij. Cuiꝰ ventilabrū in manu ſua et purgabit areā ſuaꝫ et cōgregabit triticū ſuūꝫ id eſt electos in horreum ſuū. Paleas autē. i. reprobos combures igni inextinguibili. Uñ ⁊ ita erit de purgatōe mūdi. ꝙ qcqd erit turpe ⁊ fedū in infernū cum reprobis retrudetꝛ. Quicqd aūt erit pulchrū ⁊ nobile in ſuperiorībꝰ reſuabitꝛ ad gloriā electoꝝ. Et ita etiaꝫ erit de illo igne cōflagratōis: ſic dic Baſilꝰ ſup illud Pš. Uox dñi intercidēns flāmā ignis: quo ad calidū vſtiuū: ⁊ quātū ad illō quod in igne groſſum repericꝛ deſcēdet ad inferos ad penā damnatorū. Quod vero eſt ibi ſubtile ⁊ lucidū: remanebit ſuperius ad gloriā electorū. Ad primū ergo dicendū. ꝙ ignis ille qui purgabit electos ante iudiciūꝫ erit idem cum igne finalis cōflagratōis mūdi: ꝗuis quidam contrariū dicant. Conuenit enī: vt cū homo ſit pars mūdi: ꝙ etiā eodē igne purgetꝛ homo quo purgetꝛ mūdus. Dicuntur autē duo ignes. Unus qui purgabit bonos. et aliꝰ qui cruciabit malos et quantū ad officiū. et aliquo modo quantū ad ſubſtantiā: qꝛ nō tota ſubſtātia ignis purgātis in infernū retrudetꝛ ad puniōnē damnatoꝝ. vt dictū eſt. Ad ſecūdū dicendū. ꝙ in hoc ignis ille remunerabitꝛ: qꝛ illud quod eſt groſſuꝫ in eo ſeparabitꝛ ab ipſo et retrudetꝛ in infernū. Ad tertiū dicendū. ꝙ ſicut gloria electoꝝ poſt iudiciū erit maior ꝙ̄ antea: ita et pena reprobоꝝ. Et ideo ſicͤ claritas ſuperiori creature addetꝛ ad augmētandū ⁊ gloriam electoꝝ. ita etiā quicquid eſt turpe in creaturis retrudetꝛ in infernū ad augmētandū miſeriā damnatoꝝ. Et ita igni ab initio preparato in inferno non eſt incōueniēs ſi alter ignis addatꝛ.

E Utrū damnati puniantꝛ per corporales tenebras? Et videtꝛ ꝙ nō. qꝛ vt dicit Gregꝰ. ix. mora. exponēs illud Job. x. Sed ſempiternus horror inhabitat. Quis illic ignis ad ꝯſolationē nō luceat. tñ vt magis torqueat ad aliquid lucet. Nam ſequaces quos ſecū traxerūt de mūdo reprobi: flamma illuſtrāte viſuri ſunt ergo nō erūt ibi tenebre corꝑales. Preterea damnati vidēt penā ſuā. hoc enī eſt eis ad augmētū pene. ſꝫ nihil videtꝛ niſi in lumine: videtur ergo ꝙ nō ſint omnino in tenebris. Preterea damnati habebūt potētiā viſuā poſt corporū reſumptionē. ſꝫ fruſtra in eis eſſet viſus niſi aliquid viderēt: cū igitꝛ nihil videatꝛ niſi in lumine: nō eſſent ibi tenebre corꝑales. Sed cōtra eſt qḋ dicitꝛ Matth. xxij. Ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ proijcite eū in tenebras exteriores. Super quo dicit Gregꝰ. Si ille ignis lucē haberet in tenebras exteriores nequaꝙ̄ mitti diceretur. Preterea: Baſilius dicit ſuper illud Pš. Uox dñi intercidēns flammā ignis: ꝙ virtute ignis dei ſeparabitꝛ ignis ab eius virtute aduſtiua: ita ꝙ claritas cedet in gaudiū ſanctoꝝ. ⁊ vſtiuū ignis in tormentū damnatoꝝ. ergo dānati habebūt tenebras corꝑales. Reſponſio dicēdū ꝙ diſpoſitio inferni erit talis vt maxime miſerie damnatoꝝ cōpetat. Unde ſꝫm hoc ſunt ibi lux et tenebre prout maxime ſpectāt ad miſeriā dānatorū. Ipſa autē viſio ſꝫm ſe delectabilis eſt. Ut enī dicitꝛ in principio Methaph. Senſus viſus eſt maxime diligibilis eo ꝙ per ipm plura cognoſcimꝰ. Sed per accidēs cōtingit viſionem eſſe afflictiuā in quātū videmꝰ aliqua nobis nociua vel noſtre volūtati repugnātia. Et ideo in inferno hoc mō debet eſſe locus diſpoſitus ad videnduꝫ ſꝫm lucē et tenebras ꝙ nihil ibi perſpicue videatꝛ. ſed ſolūmō ſub quadam vmbroſitate videantꝛ illa que afflictionē ingerere poſſunt. Unde ſimpliciter loquēdo locus eſt tenebroſus: ſed tñ ex diuina diſpoſitōe eſt ibi aliquid luminis quantū ſufficit ad vidēdū illa que animā torquere poſſunt. Et ad hoc ſufficit naturalis ſitus loci: qꝛ in terre medio vbi infernus ponitꝛ nō pōt eſſe ignis niſi feculētus et turbidus ⁊ quaſi fumoſus. Quidā tñ tenebrarū harū cauſam aſſignant ex cōmaſſatiōe ⁊ cōpreſſione corpoꝝ dānatoꝝ. que ꝓpter multitudinē ita replebūt locuꝫ inferni ꝙ nihil ibi de aere remanebit. ⁊ ſic nō erit ibi aliquid de diaphano quod poſſet eſſe ſubiectū lucis et tenebratū niſi oculi dānatoꝝ qui erant obtenebrati. Ad primū ergo dicendū: ꝙ vtiqꝫ ignis ad aliquid lucet: qꝛ videbūt damnati illos precipue qui ad malū traxerūt eos. Iſta tñ viſio in nullo erit delectabilis. cum videant illos quos odio habēt ex quo magis torquentꝛ. cum odiū triſticia eſt. ac de re diſplicenti ſemꝑ oriatur.

Ad ſecūdū dicendū ꝙ dupliciter aliquid videtur. Uno mō per mediū diſpoſituꝫ ac viſui proporcionatū. et talis viſio ſemꝑ delectabilis eſt. Alio mō aliquid videtꝛ per mediū fumoſuꝫ et turbidū. et talis viſio videntē plus cōtriſtat. Uidebūt enī damnati ſuas penas ac aliorum

quos odiunt per mediũ tenebrosum. vnde pa
tet q tenebre corpales non repugnãt tali visio
ni. Idem eni corpus potest esse sm quid illumi
natũ et tamẽ absolute tenebrosum. Ad ter=
tium dicendũ q sicut oĩa beatis sunt ad glo=
riam: ita singula sunt damnatis in penã. Vi=
sus ergo dãnatorũ erit in actu sed sibi penali:
tũ ex visione: tũ quantũ ad mediũ fumosuz: tũ
ex parte rei vise an(imarũ) cõtristantis magis pu=
niãtur. Odium quidẽ rei vise magnã in ipsis
pariet tristiciã. Ad rationes post oppositũ.
Ad pmã dicendũ qȝ ille ignis nõ potest deno
minari a luce. Cum vnaqueqȝ res a suo potio-
ri denominãda est. In igne autẽ inferni tene=
bre magis abundãt ipso lumine. Dicunt igit
damnati mitti in tenebras exteriores. Interio
res autẽ tenebras peccatorum per culpã incide=
runt etiã in via: que et manẽt post dãnationẽ:
sicut dãnationis causa. Ad secũdã q claritas
ignis que est delectabilis visui a tali igne sepa-
rabit. Non autẽ fumosa per spicuitas plus vi-
sum cõtristans qȝ perficiens aut delectãs. Ista
eni oĩa dicta sunt de visu corpali. Visu autẽ
intellectuali etiã sancti in patria penas dãnatorum
vident: ac cũ magna delectatiõe. Cuius ratio est
quia a beatis nihil subtrahi debet qd ad perfe
ctionẽ beatitudinis eorũ pertineat. Et ideo vt
beatitudo sanctorum sanctis magis cõplaceat ac
de ea vberiores gratias agant: datur eis vt vi
sione intellectuali etiã perfecte penam damna
torum intueantur.

Lectio.LXXI

Et pugnabit cum illo orbis terrarũ cõtra insensatos.
Ibunt directe emissiones fulguris
et tanqȝ a bene curuato arcu nubiũ exterminabunt: et ad certum locũ insiliẽt: et a petrosa ira
plene grandines mittent et candescet in illos
aqua maris et flumina concurrent duriter.

Postqȝ spũssctũs descripsit xpi iudicis ad=
uenientis ad iudiciũ inexpugnabilẽ pparatio=
nem. Hic describit creature xpo cõsentientis in=
A tollerabilẽ cooperationẽ. Ubi notãdũ q si=
cut deus oĩa creauit ppter electos. ita oĩa
mouebit suo modo ad se vindicandũ de repro
bis. Unde sic elemẽta seruiũt homini. vt ipse
deo deseruiat. ita elemẽta seruiẽt deo vt de re=
probis qui ei seruire noluerũt vltionẽ accipiat.
Et qa oĩs creatura corpalis infra celestes or
bes cõtinet. ideo primo insinuat cõclusionẽ in
generali. Secundo eã explicat magis in specia
li. ibi. Ibunt directe. Quantũ ad primũ di=
cit sic. Et pugnabit cũ illo. quasi diceret nõ so=
lum xps iudex sic apparebit armatus lorica iusti
cie. et galea iudicij certi et sic de alijs: de quibus
in hesterna lectiõe dictũ est. imo pugnabit cuz
illo orbis terrarũ. id est oĩs motus orbis cir=
ca terram. Luce. xxi. Nam virtutes celorũ mo
uebuntur. vel ipsemet orbis terrarum. id est
sphera terre. et hoc contra insensatos. Repro-
bi vocantur insensati. non quia sensu sed quia
disciplina et voluntate deo seruiẽdi caruerũt.
Sap. xij. Tanqȝ pueris insensatis iudiciũ eis
in derisuz dedisti. De ista pugna loquẽs Chry
sostomus super illud Matth. xxiij. Virtutes
celorum mouebũtur. dicit sic. Exurgente re=
ge celesti iudicare viuos et mortuos: virtutes
angelice mouebunt: terribiles ministri terribi
lem oĩm pcedẽtes. Et infra. patrefamilias mo
riente domus turbat. familia plangit et nigris
vestibus induit. Sic humano genere ppter qd
facta sunt oĩa circa finẽ cõstituto celi ministe-
ria lugẽt. et candore deposito: tenebris induẽ=
tur. Hec Chrysostomus. Quam aũt terribilis
erit pugna corpaliũ creaturarũ cõtra mundũ
imminẽte iudicio generali. describit in speciali
per quattuor exempla. Per choruscatiões ful-
gurũ. Per inundatiões nubiũ. Per turbatio=
nes grandinũ. Et p eleuatiões mariũ. Quã
tum ad primũ dicit sic. Ibunt directe emissio=
nes fulgurũ. Fulgur est vapor ignitus expres-
sus a nube: sicut dicit. iij. Methe. Unde per
emissiones fulgurũ intelligit spũssctũs in ppo
sito generalẽ mundi cõflagrationẽ que fiet per
ignẽ: de qua habet in Ps. Ignis ante ipsum
pcedet et inflãmabit in circuitu inimicos eius.
De qua cõflagratiõe qualis erit cito indubita
tiõe videbit. Quãtũ ad secũdũ quomõ crea
tura pugnabit cõtra reprobos: dicit sic. Et tãqȝ
a bene curuato arcu nubiũ exterminabũtur.
id est sicut bene curuatus arcus nubium qui est
iris in diluuio aquarũ tpe Noe quãdo oĩes
mali fuerũt submersi per inũdationẽ diluuij.
ita fiet imminẽte iudicio generali. q oĩes re=
probi exterminabunt et tñ iusti saluabunt ille=
si et reprobi ad certũ locuz insiliẽt: videlicet ad
infernũ. Tertio describit qȝ terribilis erit il=
la pugna creature corpalis per exẽplũ de tur=
batiõe grandinũ. Et quantũ ad hoc dicit sic: q
videlicz plene grãdines mittent a petrosa ira.
plene grãdines. id est ponderose increpatiões
quas faciet iudex quãdo dicet. Esuriui et nõ etc.
Matth. xxv. mittent a petrosa ira. id est a vin-
dicta xpo debita. j. Cori. x. Petra aũt erat xps

Quarto exprimit creature pugnã cõtra ma
los p elationẽ mariũ. In Ps. Mirabiles ela=
tiones maris mira. in altis dñs. Et quantũ ad
hoc dicit. Et cãdescet in illos aqua maris et flu
mina etc. Et videt hic tangere primũ de illis si-
gnis. xv. que dicit Hiero. se reperisse in annali
bus hebreorũ que sunt ista. Primo die omnia
maria exaltabunt. xv. cubitis vltra oĩes mõ=
tes orbis terre: nõ effluẽtia: sed sicut muri sta=
bunt. Secũdo prosternent in profundũ in=
tantũ: vt vix videri poterũt. Tertio redigẽ=

tur in antiquū statū. Quarto oēs belue ⁊ animalia que mouebunt in aquis: ꝯgregabū tur et eleuabunt super pelagus inuicē mugiētes more cōtentionis. Quinto oīa volanlia celi cōgregabunt in campis. oēs inuicem lamentātes nihil gustātes. id est nihil comedētes. Sexto fulmina ignea surgēt ab occasu solis cōtra faciē firmamēti vsq ad ortū currētia. Septimo oīa sidera erratica ⁊ fixa surgent ꝑferētia ex se igneas comas sicut comete

Octauo erit terremotus: ita ꝙ nullus homo possit stare sed oīa edificia prosternētur.

Nono omnes lapides tam parui ꝗ̄ magni in quattuor partes se diuidēt: vna petra aliam collidēte. Decimo oēs plante sanguineū fluent rorem Undecimo oēs mōtes ⁊ colles ⁊ edificia in puluerē redigētur. Duodecimo oīa animalia venient ad campos de siluis et montib⁹ rugiēna et nihil gustāna. Decimotertio omnia sepulchra ab ortu solis vsq ad occasum patebūt cadauerib⁹ ad surgendū.

Decimoquarto oēs hoīes exibunt de habitaculis suis nō intelligētes neq ad inuicem loquētes: sed more ferarū discurrētes. Decimoquinto oēs morient. ⁊ resurgēt cum mortuis lōge ante defunctis. Hec tamē signa q̄ de apocrifis sūt excepta: certitudinē nō habent. In hoc tamē quod dicit in littera: ꝙ scandescet in malos: aqua maris: ⁊ flumina cōcurrent duriter: videt tangi primū signū de collisione aquarū et earū in altum eleuatōe. Quia superius tactuz est ꝙ per emissiones fulguris intelligit generatio ignis illius miraculosa ꝑ quē totus mūdus ꝯflagrabit ante diē iudicij.

Sit ista dubitatio. Utrū mūdus purgabit per ignem? Et videt ꝙ nō: q̄a vel ille ignis foret naturaliter productus. vel supnaturaliter. Si supnaturaliter. ergo nō habebit operationem naualē. Si naturaliter. ergo possibile esset ꝙ naturalit fieret diluuiū vniuersale ignis. Sed iste articulus est excōmunicat⁹ a dño Stephano parisien. epo. Item si sic: nō generaret nisi ex certa cōstellatōe planetarū et calidarū stellarū. sed si hoc: tūc posset sciri tempus illud per calculatiōes astronomicas. cōsequēs falsum. Preterea: si mundus purgabit ꝑ ignē quero an ille ignis ignis p̄cedet iudiciū an sequat? Si dicat ꝙ p̄cedet Iuxta illō Ps. Ignis ante ipm p̄cedet. Contra videt dicere Aug⁹. ij de ciui. dei. ca. xvj. vbi dicit sic. Iudicans his qui scripti nō sunt in libro vite. sequit ꝙ tūc figura mūdi mūdanorū ignitū cōflagratōe peribit. Item in codē li. ca. vlti. in fi. Circa istud iudiciū has res dicimus esse venturas: Heliam tesbiten. Fidē iudeorꝫ esse: antixpm persecuturum. xpm iudicaturꝫ: mortuorꝫ resurrectionē: bonorꝫ ⁊ malorꝫ diuisionē: mūdi ꝯflagratōez: eius deniq renouationez. Extimo ea quo a me cōmemorata sunt ordine esse ventura. Ergo fm beatū Aug. mūdi purgatio per ignem erit post iudiciū. Si vero dicat ꝙ sequet. Contra sicut dicit Aug⁹. ij. de ciui. dei. ca. xviij. Et allegat magr. iiij. sentē. dis. xlvij. Hoc erit incēdium mūdi sanctis: quod fuit caminus tribus pueris. In quib⁹ vero si aliqd purgandū fuerit: per ignē illud purgabit. Sed cōstat ꝙ post iudiciū nullus purgabit per illū ignē q2 cōstat ꝙ omnes sancti statim in resurrectiōe habebūt corpa gloriosa et per cōsequēs impassibilia: ergo ille ignis p̄cedet resurrectionē et iudicium.

Ad oppositū est Petrus. ij. cani. sua. ca. iij. Adueniet aūt dies dñi vt fur. in quo celi magno impetu transient. elemēta vero calore soluent. terra aūt et que in ipsa sunt exurent. Et infra. Per quē celi ardētes soluent et elemēta ignis ardore tabescēt. nouos vero celos et nouam terrā et ꝓmissa ipsius expectam⁹. Iteruz j. Cor. vij. Glo. sup illud. Preterit figura huius mūdi: dic sic. Pulchritudo hui⁹ mūdi mūdanorū ignitū cōflagratōe peribit. ergo mundus purgabit per ignē. Et p̄terea Aug⁹. ij. de ciui. dei. ca. vj. Illa ꝯflagratōe mūdana elemētorū corpaliū qualitates que corpib⁹ nr̄is corruptibilib⁹ cōgruebāt: ardēdo penitus interibunt atq ipa substātia eas qualitates habebit que corpib⁹ immortalib⁹ mirabili mutatōe cōueniebāt vt scz mūdus innouat⁹ in melius: accōmodet hominib⁹ etiā in carne in meli⁹ innouatis. Ad questionē dicēdū ꝙ sic. Sz tn̄ primo videbit per quid purgabit mūdus. Secūdo in quib⁹ partib⁹ purgabit. Tertio vn̄ causabit ille ignis? Circa primū est aduertēdū ꝙ cum mūdus factus sit ꝓpter hoīem. Ut. ij. phisi. dicit ꝙ dīm nos sum⁹ quodāmō finis: cōueniēs est ꝙ qn̄ homo glorificabit. mūdus etiā suo mō innouet. Ad hoc aūt ꝙ hō glorificetur oportet duo remoueri ab hoīe: scz corruptiōnē in corpe. et infectionē culpe in anima. Conformiter ad ista oportet mūdū in duob⁹ purgari. habēt enī elemēta in quib⁹ cōuersamur: sic ignis. aer. aqua. ⁊ terra sibi cōmixtas quasdaz p̄tes nature extranee: q̄a aer est admixtus cum vaporib⁹ terreis et aqueis: sicut dicit. iiij. Mete. Similiter p̄tes terree et aquee sunt ad inuicē cōmixte sicut cōgruū est ⁊ cōueniēs habitatiōi hoim corruptibiliū. ita ꝙ nullū de istis tribus elemētis est in sua naturali puritate. et ista impuritas correspōdet corruptibilitati corporis in hoīe. Secūdo habēt ista elemēta quādam impuritatē correspōdentē infectiōi culpe hoc est quādā idoneitatē ad futurā innouationē ꝓpter pctā in his locis cōmissa per magnū tp̄us tam a malis hominib⁹ ꝗ̄ ab angelis malis. sicut dicim⁹ ꝙ loca ꝓphanata indigēt recōciliatiōe. purgabit ergo mūdus ab vtraq impuritate per hoc ꝙ oēs dispositiōes extranee

elemētis cōmixte corrūpunt et restituent elementa ad suā simplicē puritatē. Unde nec manebūt postea animalia. nec plante sed sola elementa. Secūdo patet ex istis in quib⁹ partibus mundus purgabit: videlicet in quib⁹ fuit habitatio demonū et hoīum. Unde fm Aug. ij. de ciui. dei. ca. xviij. Ignis ille incipiet purgare aerem in superiori parte aeris vltra medium interstitium: et descendet successiue versus terram. Erit autem altitudo illius a terra: quantum ascenderūt aque diluuij quindecim cubitis super mōtes quos operuerūt: sicut dicitur Gene. vij. Quantū ad tertiū dicendū. q̄ erit productus supnaturaliter: sicut fuerunt aque diluuij: sicut textus satis innuit. precedet tamē vehemēs siccitas et calor pductionē illi⁹ ignis: et desinet causari arcus nubium et quecunq̄ humide impressiones: sicut sūt pluuie. nix. grando. ros. et hmōi: et generabitur a sub descendens in tanta multitudine. et apparebit aspicientib⁹ q̄ sint stelle de celo cadētes. Et sic intelligit illud Math. xxiiij. Stelle cadent de celo. Quā locutionē credendū est esse tropicā fm Aug. ij. de ciui. dei. ca. xviij. Ad primū et secundū dicendū q̄ ille ignis generabit supernaturaliter sicut dictū est. et ideo consequētia non valet. ergo nō habebit operationē naturalem. Ad secundū dicendū q̄ ignis ille inquantum ad aliquam operationē precedet: et quantum ad aliquid cōcomitabitur: et quantum ad aliquid sequet. Actio enim illius ignis est successiua q̄r ante iudiciū fiet incineratio corporū hominū tunc viuentiū per modū istū q̄ perfecti resoluent sine pena sensus ab illo igne illata: et imperfecti purgabunt. Quo facto statim erit resurrectio mortuorū. Postea recedēte iudicio: inflammabit totus mūdus per circuitū. Peracto vero iudicio diuidet in purū et turpidū vis illius ignis. Apponet etiā illud cū omnib⁹ feditatib⁹ relictis de purgatiōe mūdi et inuoluet reprobos: sicut dicit Basilius sup illud Ps. Uox dñi intercidēns flammā et deportabit ad infernū. Unde aliqua pars illius ignis addetur igni infernali qui nūc est. et alia pars que est nobilis et pulchra addetur igni superiori ad gloriā electorū. Et sic est q̄ ille ignis purgās mundū quantū ad suū opus initiale precedet quod est purgare et cōcomitabit. Sz quantū ad eius cōsummationē sequet. et sic intelligit Aug⁹. alias a seipso discordaret: sicut patet per auctoritates superius allegatas.

Lectio. LXXII

C Ontra illos stabit spiritus virtutis et tanq̄ venti turbo diuidet eos. et ad heremū deducet omnē terrā iniquitatis illorū et malignitas exercet sedes potētū. Postq̄ spūssctus descri psit xp̄i aduenientis ad iudiciū inexpugnabilē pparationē. et creaturarū intolerabilē contra reprobos cooperationē. Hic describit sentētie finalis dispensabilē executionem. Et circa hec duo facit. Nam primo assignat modū quo omnes reprobi punient. Secūdo assignat causā quare iniusti nobiles subuertētur. ibi. Et malignitas. Circa primū dicit tria. Primo q̄ dampnabunt finaliter. Seperabunt potētionaliter. Et incarcerabunt localiter. Secūda pars. ibi. Et turbo venti. Tertia. ibi. Et ad heremum.

Quantū ad primū dicit. Contra illos stabit spūs virtutis. Spūs in scriptura dicitur aliqñ vox. j. Cor. xiiij. Psallam spiritu psallā et mēte: q̄a ergo vox xp̄i iudicantis est vox virtutis. iuxta illud Ps. Dabit voci sue vocē virtutis: cui virtuti nullus possit obsistere. ideo signant dicit. Contra illos stabit spūs virtutis. Esa. xj. Spiritu labiorū suorū interficiet impiū. Et. ij. Thessal. ij. Tunc reuelabit ille iniquus quem dñs iesus interficiet spū oris sui. Quantū ad secūdum dicit. Et turbo venti diuidet eos. Turbo fm Isid. xiij. ethymo. vbi agit d̄ vētis: est volubilitas ventorū. et dicitur turbo a terra q̄a quotiēs ille ventus cōsurgit: terrā in circuitu mittit. Sicut ergo puluis siccus statim sine resistentia eleuat a terra et defert fm motū venti. Ita reprobi prolata sentētia sine quacūq̄ resistentia inuoluētur illo turbido igni de quo dictū fuit in pcedēti lectiōe et demergētur in infernū. In ps. Non sic impij nō sic: sz tanq̄ puluis quē proijcit vētus a facie terre. et Job. xxj. Erūt sicut palee ante faciē venti. et sicut fauilla quā turbo dispergit. Fauilla est cinis extinctus et siccus qui a vento circulariter moto statim dispergit: qui vētus ē turbo. Naum. j. Domin⁹ in tēpestate et in turbine vie eius. Et Hiere. xxiij. Ecce turbo dominice indignatōis egredit et tempestas erūpēs sup caput impiorum eueniet. Tertio dicit q̄ reprobi incarcerabunt. et quātū ad hoc dicit: q̄ ad heremū deducet omnē terrā iniquitatis illorū. Et hec est antiqua litera quā exponit Raban⁹: et sicut dicit verus textus est. Et est sensus q̄ ad infernū deducet deus omnē terram iniquitatis illorū. hoc est omnē terrenā et carnalē affectionē eorū ad puniēdū imppetuū. Si aūt sit text⁹ iniqtas eorū: q̄ iniqtas deducet eos causaliter et demeritorie ad infernū. Sz sentētia nō mutat. Infern⁹ in littera ista vocat herem⁹ q̄a sic herem⁹ vocat locus vastus et incultus vbi nullū animal rationale habitare pōt cōuenienter. Ita infernus locus est nulli rōnali creature apt⁹: nisi petīs esset. q̄a malū bene ordinatū et suo loco positū eminētius cōmēdat bonū: sicut dicit Arist. vj. ethico. Et est herem⁹ fm grāmaticos feminini generis. Unū declinat hec herem⁹. in signum q̄ per femininū gen⁹ ad heremū illā hō primo

ducebat. Inde hic et hec heremita psona que solitudinē et heremū inhabitat. Vñ quicunq̧ vrbes vel ciuitates inhabitāt et cū hoc vocant heremite. habent nomē cōtrariū rei. Sunt eni vrbanite et vocanť heremite. Ultimo assignat causam specialē quare iniusti nobiles subuertenť. Dicit q̧ malignitas subuertet sedes potētum. Non dicit ignorātia: qa illa in casu excusat. Nec dicit impotētia: qa illa similiter excusat. Sz certe malignitas eos dānabit: qa cū scirent ꝛ possent noluerūt. Vñ bonū fuit illud veritatis prouerbiū: sicut allegat Arist. v. ethico. Principat⁹ virū ostēdit. Et bñ metrice dicit. Cū poteris qd vis pbat actio te tua quid sis. Qñ eni princeps male facit sciens et potēs benefacere: sicut semp debet homo de principe presumere: videlicet q̧ est sciens et potēs: tunc manifestum est q̧ malignitas est in causa. Et verum est q̧ malignari possunt ad tēpus: sz per malignitatē finaliter subuertenť. ppter quod homo licz videat hoīes malignos florere ad tps: nō debet de hoc mirari. nec eos imitari. Vñ in ps. Noli emulari in malignātibus: neq̧ zelaueris facientes iniq̄tatē. Glo. Tu infirme q̄ forte miraris q̧ mali florent. Noli emulari. id est sequi malignantes. neq̧ zelaueris. id est neq̧ imiteris: neq̧ ames facientes iniquitatē. Et infra assignat causaz. Noli inquit emulari vt malignens. qm̄ qui malignā̄tur exterminabunť. Glo. Qui gloriant et si mō florēt: tñ in futuro exterminabunť. id est extra terminos diuine dilectiōis ponenť.

B Dubitatio lřalis. Utrum pena dānatoꝝ debeat dici corpalis? Et videť q̧ nō. qa si ignis ille foret corpalis. corpa dānatorum calefierēt et alterarenť ab illo igne. consequēs est falsum. qa cessante motu celi nulla alteratio nec aliq̄s motus poterit esse in vniuerso. Vñ Arist. viij. phi. pbat q̧ motus celi circularis est perpetu⁹ et prim⁹ oīm motuū: qa illo subtracto: nullus motus esse pōt. Preterea: si ignis ille foret corpalis et ageret cōtinue in corpora: corrumperet illa corpa: qa passio magis facta abiicit aliquid a substātia. iij. ethi. ꝛ sic nō foret pena dānatoꝝ ppetua in igne quo ad corpus saltē. Preterea: sicut dicit q̧ erit ibi ignis ita dicit q̧ erit ibi fletus. Math. viij. Ibi erit fletus et stridor dentiū. sz fletus fieri nō pōt nisi per resolutionē lachrymarū sed nō est imaginanduz q̧ ibi esset perpetua resolutio aque ab oculis nisi foret generatio noui humoris per restaurationē alicui⁹ alimēti. ergo nō erūt ibi lachryme nec fletus. Preterea: sicut ponit ibi ignis: ita dicit q̧ ibi erūt vermes. sz hoc nō pōt intelligi corpaliter. cū nullū corpus mixtū manebit post iudiciū nisi corpus humanū: sicut dicit Aug⁹. xx. de ciui. dei. ca. xxij. In penis maloꝝ inextinguibilis ignis ꝛ viuacissim⁹ vermis ab aliis aliter et aliter est expositus. Alij vtrunq̧ ad corpus. alij vtrūq̧ ad animā retulerūt. alij pprie ignem ad corpus tropice. ad animā vermē qd credibilius esse videť. Preterea: si sic tūc forēt ibi tenebre corpales. cōsequēs est falsum. qa sicut patz. ij. de aīa. Nihil videť nisi in lumine. sz dānati mutuo videbūt penas suas. qa aliter visus inesset eis ociosus et supfluus. ergo ibi erit lumē. Preterea: ibi non erit verum sulphur. ergo nec verus ignis pari ratiōe qa de vtroq̧ aperte dicit pphēta. Ignis sulphur ꝛ spūs pcellarū ꝛc. Confirmať qa in purgatorio est solus ignis. igiť ꝛ in inferno. Ad oppositū est Aug⁹. xxj. de ciui. dei. ca. x. Gehenna que stagnū ignis ꝛ sulphuris dicta est. corporeus ignis erit ꝛ cruciabit corpa dānatoꝝ. Idē Greg⁹. iiij. dialo. parū ante mediū. Ignē gehēne corporeū esse nō ambigo. Ad istam questionē dicēdū q̧ sic. Nō est. qa oīs pena qua corpus patiť est pena corporea. sed corpa dānatoꝝ ibi patienť post diē iudicij. qa sicut beati gaudebūt in aīa et gloriabunť in corpe. Ita damnati tristabunť in aīa et punienť in corpe.

Ad primū argumētū est opinio. b. Thome q̧ ignis non aget in corpa dānatorū materialiter siue īmutatiōe materiali. sed tantū spūali eo mō quo sensus immutať. hoc eni cōmune ē eīm sensui q̧ sensus ē susceptiu⁹ specieꝝ sine materia. Vñ sicut oculus patitur a colore et tñ oculus non colorať nec alterať per receptionē materialē coloris. Ita tactus in dānatis īmutabiť spūaliter a calore et tñ nō recipiet calorē nec alterabiť per calorē. Vñ tenet q̧ calor imprimeť sensui tactus sm̄ esse spūale. nō materiale. Potissimū qd videť ad istud mouere est de cessatiōe motus celi: de quo argutū fuit. cruciabunť ergo per formas receptas intēsionaliter ab extrinseco nō materialiter. Sz ꝯtra illud arguiť qa impossibile est rē existētē pfecte priuari ppria opatiōe: sz ignis erit ibi realiť. ergo poterit calefacere. Similiter illa corpa nō erūt impassibilia si sint sufficienter approximata.

Preterea: ad p̄ces Iosue sol ꝛ luna steterūt. Iosue. x. sed si alia corpa celestia nō stetissent. similiter totus ordo corpm̄ celestiū fuisset mutatus. Et tñ tūc tpis Iosue pugnauit ꝛ in mūdo vbiq̧ naturales actiones fuerūt. Preterea: corpa celestia nō solū agūt in ista inferiora per motū sz p formas suas sicut p diuersos effect⁹ naturales. ergo dato q̧ quiescerēt: adhuc aliā dispositiōez causarēt in istis inferiorib⁹. licz nō talē alteratiuā generationē reꝝ ꝛ corruptionē sicut mō. Preterea: iste articulus dānat⁹ est parisius. Si celū staret: ignis in stuppā n̄ ageret. Preterea: esto q̧ nulla actio naturaliter esse possz cessante motu celi. Nō ideo cogimur dicere quin ibi erit actio ꝛ passio supnaturaliť in corpib⁹ dānatoꝝ. Manifestū est eni q̧ quasi oīa que circa damnatos ponim⁹: futura sūt

supnaturalit a diuina virtute facienda. nec enim ignis ille infra terrã imperpetuũ posset manere violenter. fm Arist. cum nullũ violentum sit pppetuũ. nec iterũ corpa mixta: cuiusmodi erũt corpa hoim: possent esse fm naturã perpetua cum sint cõposita ex cõtrarijs. z multa talia facile est ducere ad ppositũ. Ideo dicunt alij q corpa dãnatoꝝ nõ solũ spũaliter s etiã materialiter immutabunt z calefiẽt. Et tũc patet ad primũ argumẽtũ. Ad secũdũ q est directe ptra illud. dicẽdũ q illud argumẽtũ est cõtra vtrãqz viã: q2 excellẽs sensibile corrũpit sensum: sicut agens naturaliter corrũpit passum. Unde ad argumẽtũ dicendũ q deus volet igni coagere ad alterãdũ. nõ ad corrũpendũ. qđ Aug°. xxj. de ciui. dei. videt declarare p exempla. quomõ quedã aĩalia etiã corruptibilia viuunt in igne. Et ca. iiij. de Salamandra. licet fm Arist. li. de pprietatib° elemẽtoꝝ. nullum animal in igne posset viuere diu. certum tñ est pilos eius ab igne nõ posse cõsumi. Uñ verũqz oportet dicere q ignis cruciabit et tñ corpus imppetuũ durabit. sed qualiter: est nobis ignotũ. q2 certum est q illud oportet reducere ad miraculũ singulare. Ad tertiũ de fletu dicũt doctores q in fletu duo cõsideranf. resolutio lachrymarum et turbatio capitis et oculoꝝ fletus. Quãtum ad primũ nõ erit ibi fletus sed tantũ quãtum ad secũdũ. sicut argumẽtũ bene deduxit.

Ad quartũ de verme similiter sentiũt q erit spiritualis videlicz remorsus cõsciẽtie qui oritur ex putrefactione peccati: methaphorice loquẽdo et affliget. Ad quintũ de tenebris dicendũ. q dispositio inferni erit tal's qualis eẽ poterit. in ꝯtinue ad afflictionẽ dãnatoꝝ. visio vero fm se est delectabilis: sic dicif. j. meth. p accidẽs vo est tristabilis fm q aliqđ nociuũ visu apprehẽdit. Est ergo z erit dispositio inferni talis q nihil pspicue ibi videbif s sub quadã vmbrositate vt illa videanf que aĩe psit ingerere afflictionẽ. Uñ simpliciter loquẽdo est magis tenebrosus q lucidus: q2 ibi nõ poterit eẽ ignis nisi feculẽtus z turbidus. Ad sextũ dicẽdũ: q nõ solũ p ignẽ punienf dãnati. s sic dicit Basilius sup illud. Uox dñi intercidẽtis flammã. i. in vltima purgatõe mũdi fiet quedã separatio in elemẽtis puri ab impuro. Et quicquid est purũ z nobile remanet supius ad gloriã electoꝝ. quicquid est feculẽtũ et turbidũ descendet ad infernũ ad penã dãnatoꝝ: vt sicut oĩs creatura dei erit electis materia gaudij. ita dãnatis ex oĩb° creaturis fiat tormentũ. Et sic intelligũt nõnulli principiũ pcedẽtis lectionis. Pugnabit cũ illo orbis terrarũ contra insensatos. Et illa varia mixtura multarũ secũ sulphur põt vocari. Quia vero pena purgatorij nõ est principaliter ad affligẽdũ s ad purgandũ. ideo dicũt eã per solũ ignem fieri: non sic autẽ in inferno cuius pena est ad affligẽdũ et nullo modo ad purgandũ.

Capitulum. VI Lectio. LXXIII

Melior est sapiẽtia q vires, et vir prudẽs magis q fortis. Finis sapiẽtie est hoiem reddere dignũ ad alios gubernãdũ et regẽdũ. Et ideo primo ostẽdit quõ hõ possit z debeat p donũ sapiẽtie alios gubernare. Secũdo quõ hõ possit sapientiã impetrare. ca. vij. In hoc ergo ca. vj. spũssctũs intẽdit informare gubernatores reges iudices z plãtos et eos ad amorẽ sapiẽtie inuitare. Postq a spũsctõ ostensum est a principio libri vsqz huc. quõ p iusticiã z bonos mores põt hõ sapientiã acquirere. Hic ꝯsequẽter declarat quõ sapiẽtia acquisita possit hominẽ perficere. Est tñ notandũ q ista diuisio libri vel pcessus non est ita precise facta: quin in vtraqz parte vtrũqz fiat. Nam in pcedẽtib° aliqñ dictũ est quõ sapiẽtia possit hoiem pficere. Et in sequẽtib° docebif aliqñ quõ hõ possit sapientiã acquirere. Agit eni alternatim: nũc de sapiẽtia acquirẽda: nũc de sapiẽtia exercẽda: videlicz p totũ librũ. Quia vero finis z pfectio sapiẽtie est facere hoiem habilẽ ad seipm et ad alios gubernãdum virtuose. Ideo de isto fine principalit intẽdit. Uñ intẽtio hui° capituli est informare reges principes iudices et plãtos: quõ tam se q sibi subiectos debeãt gubernare Hoc aũt fit interscalariter z alternatim dupliciter via: videlicet sapiẽtiã cõmẽdando: et ad sapiẽtiam inclinãdo. Uñ nũc cõmẽdat eius valorẽ: nũc inuitat ad eius amorẽ cõtinue p totũ capitulũ. Commẽdãs ergo sapiẽtiã in lectõe ista cõparat eã ad fortitudinẽ corpalẽ que fuit principiũ psumptiõis humane ad alios regendũ z gubernãdũ. Fortes eni hoies z robusti primo ceperũt p tyrãnides debiliores opprimere z eis ad ppriã vtilitatẽ. non ad subiectoꝝ cõmodũ dñari: sicut patz de Nemroth. Gen. x. De quo dicif q cepit esse robustus venator hominũ corã dño. i. oppressor z extinctor amore dñandi. In tantũ eni inualuit illa opinio. q fortitudo corpalis videbaf significare hoiem ad principatũ z etiã vsqz hodie a plurib° fatuis approbatur. Quã opinionẽ elidẽdo q2 falsũ est. dicit q ad regẽdũ et gubernãdũ melior est sapiẽtia q vires zc. Sapientia inquã que sursum est. que includit fidẽ spem et caritatẽ cũ oĩb° virtutib° cardinalib°: q2 nõ loquif de sapiẽtia stricte. put est quedã virtus intellectualis: pcise sicut in principio libri dictũ fuit. Uñ Sene. epl'a vij. dat differẽtiã inter alias artes z sapientiã. q2 alie artes sunt sicut instrumẽta vite: sicut nauigatio edificatio vel plantatio. Sapiẽtia autẽ est ars vite. Idem epl'a. lxxxvj. fm communes

A

quottatiōes. Querīs an estimē aliquē futurū esse sapientē qui litteras nescit? Sapientia res tradit non verba: de diuinis humanis recogitat. q₂ de preteritis. de futuris. de caducis. de eternis. De ista sapientia loquēs Bernar. in quibusdā sentētijs et ponit auctoritas. viij. li. floruum. ca. xxix. distinguit sapientiā triplicē. Sapientiā cordis. Sapientiā oris. Et sapientiā operis. Et quālibet ponit in trib⁹ cōsistere. Sapientia inquit cordis in penitudine peccatoꝝ preteritorū est. In cōtemptu p̄sentiū cōmodoꝝ. In desiderio futurorū premioꝝ. Inuenisti plane sapientiā: si prioris vite peccata defleas. si huius seculi desiderabilia paruipēdas: si eternā beatitudinē toto desiderio cōcupiscas. Inuenisti sapientiā: si tibi horū singula sapiūt prout sunt Hec quidē vt amara et omnino fugienda. Ista vero velut caduca ꝛ trāsitoria cōtemnēda. Illa vero vt perfecta bona totis desiderijs appetenda: intimi animi quodā sapore diiudices ꝛ discernas. hec quātū ad sapientiā cordis. De sapientia vero oris subdit. Sane in his trib⁹ verbis affluit sapientia vel prudentia. Sit in ore confessio ꝓprie iniquitatis. Sit gratiaꝝ actio et vox laudis. Sit etiā sermo edificatiōis. De operis sapientia dicit sic. Queram⁹ in opere triplicē sapiētie affluentiā. Itaq₃ puto ego quātū ad opus pertinet. illum copiose satis affluere sapientia. quicūq₃ ɔtinēter pariēter ꝛ obediēter ɔuersatur: vt videlicet fideliter obediētia ꝓpriā mortificet volūtatē. humili cōsciētia: carnalē pariter et secularē amputet voluptatē. hilaris patiētia: vtrāq₃ similiter carnalē et mūdialē viriliter sustineat aduersitatē. Hec Bernar. Et certe ista sapiētia melior q₃ vires. Exo. xxxv. Quisquis vestrum est sapiēs veniat et faciat qd̄ dn̄s imperauit.

B Est enī sapiētia triplex. mūdialis. bestialis. et spiritualis. Primā habēt ambiciosi et cupidi. Secūdā voluptuosi ꝛ lubrici. Terciā vero virtuosi ꝛ solidi. De prima sapiētia. j. Cor. iij. Si quis videt sapiēs stultus fiat vt sit sapiēs. Sapiētia enī hui⁹ mūdi stulticia est apud deū. De ista loquēs. b. Greg⁹. x. mora. exponēs illud Job. xij. Deridet iusti simplicitas: dicit sic. Huius mūdi sapiētia est cor machinatiōib⁹ tegere. sensuz verbis velare. que falsa sunt vera ostendere. et que vera sunt falsa demōstrare. Hanc qui sciunt ceteros superbiēdo despiciūt. Hanc qui nesciūt subiecti ꝛ timidi in alijs ipsaz mirant. Hec sibi obsequētib⁹ precipit honoris culmina querere. adepta temporalis glorie vanitate gaudere. Irrogata ab alijs mala multiplicius reddere cum vires suppetūt: nullis resistentib⁹ cedere. cuz viribus possibilitas deest. quicquid per maliciā explere nō valet: hec pacifica volūtate simulare. Hec Greg⁹. Secūda sapientia est bestialis de qua dicit ad Roma. viij. Sapiētia carnis inimica est deo. Legi enim dei nō est subiecta. Hanc sequūtur voluptuosi qui totā suam sollicitudinē circa carnis delicias procurādas apponūt. Tercia sapiētia est spiritualis ad Colo. j. Impleamini agnitione volūtatis dei in omni sapiētia et intellectu spirituali. Et Jac. iij. Que de sursum est sapiētia. primū quidem pudica est. deinde pacifica. Per primā excludit sapiētiā bestialē. Per secūdā mūdialē q̄ nūq₃ est pacifica. s₃ sp in turbatiōe et bello. Hec ꝙ sapiētia sp̄ualis sapiētia iustoꝝ est: de qua Greg⁹. vbi. s̄. Iustoꝝ sapiētia ē: nihil ꝑ ostētationē fingere. sensuz verbis aperire. vera vt sunt diligere. falsa deuitare. bona gratis exhibere. mala libēti⁹ tolerare q₃ facere: nullā iniurie vltionē querere. pro veritate contumeliam lucrum putare. hec iustorū simplicitas deridetur. ꝛ a mūdi sapientib⁹ fatuitas reputat. Quid enī mūdo stulti⁹ q₃ amissa non querere. possessa rapientib⁹ relaxare. nullā pro acceptis iniurijs reddere. imo adiūctis alijs bonis patientiā prebere. Hec Greg⁹. Hec inquā sapientia melior est q₃ vires et vir prudens magis q₃ fortis. Prudentia et sapientia in ꝓposito accipiūtur pro eodē. Prouer. xv. Vir prudēs dirigit gressus suos. Sed qualiter prudēs hoc faciat: bene docet Sene. de copia verborū. Si inquit prudēs es animus tuus tribus temporib⁹ dispēsetur. Presentia ordina: futura preuide: et preterita recordare. Nam qui nil de preteritis cogitat vitam perdit. Qui nihil de futuro premeditat: in omnia cautus incedit. Sed qualis ista prudentia esse debet: docet in eodem libro Sene. q₃ nō debz esse nimis sicut aliqui desiderant prudētes videri: et sunt astuti. Prudētia inquit imoderata callidū facit inimicū attētū: sp aliquid timentē aliquid requirentē astucias plenū versipellē. simplicitatis inimicū: cōmentatorē culparū et vt postremo a cūctis vno noīe malus homo vocet. Prudētia perfecta nec obtusum habz in se aliqd nec versutū. Hec Sene. Vbi plane patet q₃ cū prudētia debet adiungi simplicitas iuxta doctrinā saluatoris Matth. x. Estote prudētes sicut serpētes: et simplices sicut columbe.

C Vbi notādū q₃ triplex est prudentia serpētis in bono quā nos cōuenit imitari. Prima est sm Hiero. q₃ totū corpus ꝓ salute capitis exponit quo caput inuoluit. Isto mō nos ꝓ capite nr̄o xp̄o nos et nr̄a exponere debem⁹ et ꝓpt honorē dei iniurias sustinere. tā in corpib⁹ q₃ in reb⁹. Secūda prudētia serpētis est q₃ obturat aures suas ne audiat incātātes. Querūt enī incātatores venena q̄ in capitib⁹ serpentū sunt ad medicamēta inde conficienda. Serpens hoc presentiēs caput suum inter spiras corporis inuolutum abscondit. et vnam aurē applicat ad petram ꝛ aliā cum cauda obturat. Sic nos moraliter facere conuenit. Incātatores sunt mali homies ꝛ corrupti

allicie͂tes nos sub specie amicitie ad vitia mu͂di vel carnis malis suggestionib⁹ et exe͂plis puersis. Nos ergo q̄si tales incantāt: supiore͂ parte͂ ro͂nis tanq̄ʒ vnā aure͂ xp̄o petre co͂iungam⁹. j. Cori. x. Et inferiore͂ obturem⁹ cauda. id est cogitatōe finis nr̄i quasi cauda corpis vite nr̄e: ne illi qui blande et leniter voluptates nobis suggerunt ad co͂sensum pertrahāt. Tertia prude͂tia e͂ q̄ pelle͂ vetere͂ deponit. Quādo eni͂ senescit et squamis ⁊ putredine corpus suū grauari sentit: trāsit per angustū forame͂ alicuius petre. vbi pelle͂ vetere͂ oīno relinquat. et sic renouat̄ et sanat̄. Petra sicut prius: xp̄us est. Foramina multa: sunt illius plurima vulnera Cum ergo vetere͂ pelle͂. id est nostrā ꝯuersationem corruptā et abhominabile͂ deponere volum⁹ deuota co͂templatōe ⁊ recordatōe passionis xp̄i per ista foramina trāseam⁹. Exo. xxxiij Ponā te in foramine petre et ꝓtegā te dextera mea. Et Cāti. ij. Ueni columba mea in foraminibus petre. Et bene dicit. Estote prude͂tes sicut serpe͂tes. Non dicit. Estote pungentes vel venenū emitte͂tes. sed estote prude͂tes tantū. Nō eni͂ est creatura ita mala aut pessima quin in aliq̄ instruat hoīem ad bn̄ viuendū. Eph. iiij. Deponite vos ꝓm pristinā co͂uersatione͂ veterem hoīem qui corrūpit̄ ꝓm desideria erroris. Duo tn̄ requirunt̄ ad hoc q̄ serpe͂s in foramine pellem deponat. Foraminis angustia siue subtilitas. si eni͂ latū esset: sine difficultate transiret et pelle͂ vetere͂ secū portaret. Secundo requirit̄ stabilitas. Nisi eni͂ esset stabile: forame͂ potius secū ferret q̄ʒ pelle͂ ibi relinqueret. Isto mō si velim⁹ pelle͂ veteris co͂uersatōis deponere oportet artā et angustā viā penite͂tie pertrāsire. Et hoc nō quomōcūq̄ʒ sed in stabili ꝓposito vitā nostrā in melius co͂mutando. Nihil eni͂ magis est co͂trariū prude͂tie q̄ʒ instabilis mutabilitas. Unde Sene. Si prude͂tiā amplecteris vbiq̄ʒ idem eris: et prout rerū ac varietas tp̄is exigit. ita a te actione͂ cedes tp̄i: ne te in aliquo mutes sed potius aptes ⁊c̄.

Lectio. LXXIIII

AUdite ergo reges et intelligite. Discite iudices finium terre. Cum finis ⁊ ꝑfectio sapie͂tie sit homine͂ dirigere ad seip̄m et alios virtuose regendū: ⁊ hoc maxime ad reges iudices ⁊ prelatos pertineat: ⁊ iam declaratū sit q̄ sine sapie͂tia nō possunt esse iusti. nec sine iusticia sapientes. Concludit hic sp̄us sc̄tus ex oībus precede͂tib⁹ istā persuasione͂. Audite ergo reges ⁊c̄. quasi diceret. Uos estis qui sapie͂tiā et iusticiā subiectis vr̄is administrare tenemini. Sapie͂tia vero sine disciplina haberi nō potest. ergo. Audite reges et principes et intelligite. In ps̄. Et nūc reges intelligite erudimini qui iudicatis terras. Persuadet q̄ʒ sp̄us sc̄tus in hoc textu quattuor: scʒ humilitate͂ addisce͂di. Audite reges. Subtilitatem aduertendi. Intelligite. Assiduitate͂ inquire͂di. Discite. Seueritate͂ exequendi. Iudices finiū terre. Dicit ergo sic litteraliter ordinādo sententiā. O reges. i. dest quicunq̄ʒ prelati: audite aure corporis: q̄a Eccī. vj. Si dilexeris audire. sapie͂s eris. Et hoc est tibi rectori satis vtile cū sis rex. q̄ʒ Eccī. x. Rex insipie͂s perdet ꝓplm suū. ꝓpter qd̄ signāter Salomō cū rex co͂stitueret̄: a dn̄o petijt. ij. Parali. j. Da mihi dn̄e sapie͂tiā ⁊ intellige͂tiā vt egrediar corā ꝓplo tuo et ingrediar. Sed q̄a non sufficit aure percipere nisi co͂cipiat̄ et me͂te. Ideo subdit intelligite: q̄a Prouer. j. Audie͂s sapie͂s sapie͂tior erit: et intellige͂s gubernacula possidebit. Et iterū. vos iudices finiū terre. id est vos iudices generales: q̄a quāto maior est vr̄a iurisditio tanto maior requirit̄ in vobis iusticie dilectio. Esa. j. Discite benefacere: q̄a hoc sufficit. Primo ergo in hac littera regib⁹ persuadet̄ humilitas addisce͂di. Uñ dicit̄. Audite ergo reges. Cum eni͂ nulla virtus nobis innascatur. neq̄ʒ moralis. ij. ethico. neq̄ʒ intellectualis. iij. de aīa. eo q̄ aīa est sicut tabula nuda vel rasa ⁊c̄. Reges vero sūme virtutib⁹ indigeāt. Et iterū Auditus sit sensus multū disciplinabilis Iuxta illud. Altius immutant animū demissa per aures. Ergo audite reges. Iudic̄. v. Audite reges: aurib⁹ percipite principes. Omne͂ eni͂ rege͂ decet sūme deū colere ⁊ lege͂ dei scire. Uñ Deut. xvij. lex mosaica precepit sic. Postq̄ʒ sederit rex in solio regni sui. describet sibi Deuteronmiū legi huī⁹ in volumine accipie͂s exemplar a sacerdotib⁹ leuitice trib⁹: et habeat secū: legetq̄ʒ illud oīb⁹ dib⁹ vite sue. vt discat timere dn̄m deū suū et custodire verba ⁊ cerimonias q̄ in lege ei⁹ p̄cepta sunt. Et ideo in coronatōe regis priusq̄ʒ benedictio vel co͂secratio sup eum fiat. Ista tria iuramēta faciet sub hac forma. In xp̄i noīe ꝓmitto hec tria ꝓplo xp̄iano mihi subdito. In primis me precepturū et opem ꝓ virib⁹ impensurū: vt ecclesia dei et omnis ꝓpl̄s xp̄ianus verā pace͂ nr̄o arbitrio in omni tp̄e co͂seruet. Aliud. Ut rapacitates ⁊ oēs iniquitates oīb⁹ gradib⁹ interdicā. Tertium vt in oīb⁹ iudicijs equitate͂ ⁊ mīsc̄diam precipiā: vt mihi ⁊ vobis indulgeat mīsc̄diam suā clemēs et misericors deus. Ecce q̄ʒ secura conscientia pōt talis viuere: qui habet sub se quasi infinitū ꝓplm regere: cū hec tria seruare in rebelli ge͂te et falsa sit sūme difficile. Non eni͂ ad ludū. nec ad honore͂ tantū nec ad ociū sʒ ad periculū sollicitudine͂ ⁊ sūmū negociū est vocat⁹.

Postq̄ʒ aūt rex predicta iurauerit dictis sup eum quibusdā orationib⁹. tūc metropolitan⁹ inunget ei manus de oleo sanctificato ⁊ postea pectus et scapulas compagesq̄ʒ brachiorum.

Et tandē de oleo eodē fiet crux sup caput eius
postea de crismate cū oratiōib⁹: postea ab epi-
scopis accipiet ensem. et cū ense totū regnum
sibi fideliter ad regendū sciat esse cōmendatū
dicēte Metropolitano (si m̄ solēnitatē faciat)
Accipe gladiū per manus episcopoꝝ. licet in-
dignus vice tamē ꝛ auctoritate apostoloꝝ cōse
cratus tibi regaliter impositū nr̄e benedictōis
officio. in defensionē sancte dei ecclesie diui-
nitus ordinatum. Et esto memor de quo Ps̄.
ꝓphetauit dicēs. Accingere gladio tuo sup fe-
mur tuū potētissime. vt per eundē vim equita
tis exerceas. molem iniquitatis potēter destru
as. et sanctā dei ecclesiā eiusq; fideles ꝓpugnā
do protegas: nec minus sub fide falsos. q̄ xp̄ia
ni nois hostes execrerio et destruas. viduas ꝛ
pupillos clemēter adiuues ꝛ defendas. Deso
lata restaures et restaurata cōserues. Ulcisca-
ris iniusta. Confirmes bene disposita. quate-
nus hec agēdo virtutū triūphator gloriosus:
iusticieq; cultor egregius cum mūdi saluatore
cuius typum geris: in noie sine fine merearis
regnare. Cum accinctus fuerit ense accipiet ar
millas a metropolitano cū hac preuia oratiōe
Accipe armillas sinceritatis et sapiētie diuine-
q; triūphandis iudiciū: quib⁹ intelligas oēs
operatiōes tuas contra hostes visibiles posse
cē munitas. Deinde accipiet palliū. Et postea
coronabit. Post illa accipiet anulum. Deinde
sceptrū et vltimo virgā. Coronat⁹ ergo: epōs
osculet a quib⁹ choro canente Te deū lauda-
mus ad soliū regale ducit Metropolitano di
cente. Sta et retine ammō locū quem hucusq;
paterna successione tenuisti hereditario iure ti
bi delegatū per auctoritatē dei oīpotentis ꝛ
presentē tradinonē nostrā atq; omniū epōrū
ceterorūq; dei seruorū. Et quanto clerū sacris
altarib⁹ ꝓpinquiorē prospicis: tāto et potiorē
in locis cōgruis honorē impendere memine-
ris: quaten⁹ mediator dei et hominū te media
torē cleri ꝛ plebis in hoc regni solio cōfirmet ꝛ
in regnū eternū faciat regnare iesus christus
dn̄s noster rex regum et dn̄s dominanū. Le-
gantur et alie multe oratiōes dicunt super eum:
que omnes eum declarāt debere esse cultorem
iusticie ꝛ fidei zelatorē: que sine doctrina sapiē
tum exequi non pōt. Et ideo eis signāter dicit
sub figura. Montes israel audite verbū dn̄i.
Non solū autē isti in sacra sc̄ptura reges dicūn-
tur. sed etiā clerici qui se et alios bene regunt.
Sicut habet. xij. q. j. Duo sunt genera. Et ad
hos dici pōt. Audite reges. Et. j. Pet. ij. Uos
estis genus electū: regale sacerdotiū: gens san
cta: populus acquisitiōis. Sz caueāt ne de eis
verificet quod dic Gilber. de Tornato: in quo
dā sermone. Uos estis inquit genus deiectū
seruile sacerdotiū. gens prophana. populus
perditionis. Quod absit. Secūdo persua-
det spiritus sanctus regibus et prelatis non so
lum humilitatē addiscendi: sed etiā subtilitatē
aduertendi. Unde dicit. et intelligite Ps̄. In-
telligite insipiētes in populo: ꝛ stulti aliquādo
sapite. Intelligere est q̄si intus legere. hoc est
ponderare ꝛ recordari ac memoriter retinere.
q2 legere et nō intelligere est negligere. Sz gra
uiter conqueritur Ps̄. Dominus de celo prospe
xit super filios hominū: vt videat si est intelli-
gens aut requirēs deū. Et sequit. Omnes de
clinauerūt simul inutiles facti sunt ꝛc. Ter-
tio suadet spiritus sanctus rectorib⁹: guberna
toribus ac iudicib⁹ aliorum auiditatē inquirē-
di: cum dicit. Discite. Prouer. vj. Uade ad for
micam o piger et cōsidera vias eius et disce sa-
pientiā. Et idem petiuit Ps̄. Da mihi intelle-
ctum vt discam mādata tua. Et uerū Matth.
xj. Discite a me quia mitis sum ꝛ humilis cor-
de et inuenietis requiē animab⁹ vestris. Quā
tam auiditatē inquirendi habuerūt principes
antiquitus circa sapientiā. patet specialiter de
Alexandro magno qui per patrē suum Phi-
lippum regem macedonie disciplinis Aristote-
lis traditus. Cui Aristoteli Philippus mox Ale
xandro nato hāc epistolā destinauit: sicut nar-
rat Aulus gelius li. viij. noctiū acticarū. Et ha
betur in forma vt sequit. Philippus Aristo-
teli salutē dicit. Filiū mihi genitū scito. Quod
equidē dijs habeo referre gratiā: nō tam pro-
inde quia natus est: q̄ pro eo q eum nasci con
tigit temporibus vite tue. Spero enim fore vt
educt⁹: eruditusq; a te dign⁹ existat et nobis:
et istarū rerum successione. Uult ergo dicere:
q per doctrinā Aristotelis ꝛ educationē spera
uit filium suū fieri dignū filiatione regis. et re-
gia successiōe in regno. De studio vero Ale
xandri magni: scribit Alexāder neq; libro suo
de naturis rerū sic. Alexandrū Aristotelis di
scipulum fuisse Macedonē certum est. Cuius
causa logicā elaborauit: tam sedulus autē na-
turaꝝ indagator extitit Macedo: vt in vase vi
trio in mare missus naturas ꝛ consuetudines
piscium deprehēdit. Gallum enim secū habuit:
vt sup diluculo certificaret per gallicantū. Et
in vase dicto didicit quomō insidie clandesti-
ne ꝓparāde sūt super hostes in re militari: dū
exercitus piscium cōtra alios insurgere cōspe-
xit. Ordinauit etiā sic narrat Plinius aliquot
milia hominum. qui in tota asia et grecia va-
carēt armētis: aliuearib⁹: piscinis viuarijs. ne
quid vel quāq; genituz ignoraret. Quicquid
vero illi experiebantur: Aristoteli sūmo viro si-
ne mora innotuit. Quos Aristoteles percun-
ctando quinquaginta fere volumina illa pre-
clara de animalib⁹ condidit. Hec Plinius. li-
cet apud nos non nisi decem ꝛ nouem habeā-
tur. Patz ergo istius auiditas addiscēdi. Nos
autem non mouemur eadem tanta curiosita-

maliū fortissimus: est tamen in prostratos misericordissimus. Homini enī vel animali ꝓstrato sibi naturaliter miseretur ꝛ parcit. Juxta illud. Parcere ꝓstratis scit nobilis ira leonis. Si etiā catulus mordeat leonē: leo nō se vindicat de catulo: sed si catulus mordeat catulū: statiʒ remordetur ab eo: ꝛ lacerant se inuicē ad mutuā vltionē. Similiter mulieres quia sunt naturaliter debiles: crudelissime se vindicāt quādo possunt. Deus autē infinitus est in potētia quia omnipotēs: ideo omniū miseretur. Hec causa diuine misericordie assignatur. infra. xj. ca. Misereris omniū quia oīa potes. Et ideo canit ecclesia: Deus qui omnipotētiā tuā parcendo maxime ꝛ miserando manifestas ꝛc. Si enī aliquis hominū regem offendat: extra potentiā suam se transferre potest exulando ꝛ in regnū aliud transeundo. Uel si ipm cōtemnens mori nō timeat omnē potestatē talis regis euacuet. Non enī habet homo potestateʒ nisi in corpus quod affligi nō potest anima separata. Sed isto modo nō est de dei potentia: quia ipius regnū est vbiqʒ in terra celo ꝛ inferno. Jn ps. Si ascendero in celū tu illic es. si descendero ad infernū ades. Ipsius etiaʒ dominiū non finitur in morte corporali: quando scilicet anima separaꝛ a corpore: qꝛ ipe potest corpus ꝛ animā mittere in gehennam. Unde. ij. Macha. vj. Manū omnipotēns dei neqʒ viuus neqʒ defunctus effugiaʒ. Tertio deus est misericors ꝓpter experimentalē necessitatem. Unde grauitatē alicuius morbi medicus pōt scire tripliciter. scʒ per speculationē in libro: ꝑ examinationē in signo: ꝛ experientiā in corpore ꝓprio. Ille aūt medicus qui morbū infirmi considerat speculatiue bene cōprobabiliter ei cōpatitur. Magis autē ille qui signa accidentia ꝛ circūstantias infirmitatis practicādo examinat. Sed maxime ille infirmo cōpatitur qui morbuʒ consimilē in corpore suo portat. Christus aūt ante incarnationē nostras infirmitates cognouit speculatiue in libro sapie eterne. Et iō fuit misericors. Jn ps. Quō miseretur pater filiorum: misertus ē dns timentibus se: quoniā ipe cognouit figmentū nostrū. Post incarnationē aūt suā cognouit dns ifirmitates nostras in sua q̄tidiana ꝯuersatione q̄si factus ē medicus practicās sanando infirmos vbiqʒ. tūc enī habuit maiorē compassionē ꝛ misericordiam. Tandē quādo temptatus est: siuit: esuriuit: occisus est: tūc didicit noscere nostras infirmitates ꝑ experientiā. et ideo tūc misericors est effectus. Nota nū q̄ illa res diceretur magna cuius vna extremitas celū attingeret: ꝛ alia in infernū descenderet q̄ntū ad longitudinē. Iterū si latitudo eius tāta foret q̄ totā terrā repleret. etiā duratio ita lōga q̄ in eternū duraret: talis iniq̄ res nō inmerito diceretur magna. hmōi ē misericordia dei que a celis incipiēs filium misit: nō solū in mundū: sed vsqʒ ad infernū: vt inde tolleret animas patrum. Jn ps. Misericordia magna tua est sup me. ꝛ eru. aīam. m. ex inferno inferiori. Scdo totam terrā replet: qꝛ omneʒ hominē cuiuscūqʒ fuerit nationis aut gentis si ad eū velit cōuerti: recipit ꝛ acceptat. Jn ps. Misericordia dni plena est terra. Tertio hec gratia nō fit nouiter hodie: neqʒ duos annos: sed a principio mūdi ita fuit: ꝛ sic erit in finem. Jn ps. Misericordia eius ab eterno ꝛ vsqʒ in eternū sup timētes eū. Et ideo signāter dicit ps. Miserere mei deus scdm magnā misericordiam tuam. Et ideo Aplus: dei misericordiā vocat caritatē nimiā. Ephe. ij. Deus inquit qui diues est in misericordia: propter nimiā caritatem qua dilexit nos cū essemus mortui peccato ꝯuiuificauit nos in christo. Cui est honor ꝛ gloria in secula seculorum Amē.

Lectio. CXVIII

Da mihi sedium tuarum

domine assistricē sapiētiaʒ: ꝛ noli me reprobare a pueris tuis: quoniā seruus tuus sum ego ꝛ filius ancille tue. Homo infirmus ꝛ exigui tēporis ꝛ minor ad intellectuʒ iudicij et legū. Etenī si quis erit ꝯsūmatus inter filios hominū si ab illo fugerit sapiētia tua: in nihilū cōputabitur. Postq̄ʒ salomon deꝓcaturus deū ꝓ sapientia impetrāda captauit beniuolētiam diuinā. Jn hac pte ꝓponit deuote sue petitionis sententiā. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit formā sue supplicationis. Secūdo allegat cām diuine exauditionis. Scda ps ibi: Quoniā seruus tuus sum. Jn petitione aūt sua duo ponit ad bonā vitā necessaria: videlicet diuinā informationē ꝛ diuinā approbationē. Primū ptinet ad intellectū. Scdm ad voluntateʒ siue affectū. Petit ergo duo: videlicʒ sufficiētiā noticie ꝛ cōplacentiā bone vite. Quantū ad primū dicit sic. Da mihi sediū tuarū dne assistricē sapientiā. Quantū ad scdm. Et noli me reprobare a pueris tuis: Da inquit mihi. quia nec emere possum nec violenter auferre. Prouer. xvij. Quid ꝓdest diuitias hēre stulto cū sapiaʒ emere nō possit: Da mihi igitur sediū tuarū assistricē sapiam. i. sapiam sctōrū angelorū in q̄bus sedes. Juxta illō ps. Qui sedes sup cherubin. Assistricē sapiam. i. sapiētiaʒ q̄ tue maiestati sp assistit. Nō enī petiuit sapiam mundi: q̄ sedibus ꝑncipū ꝛ pontificū sp assistit: qꝛ illa stulticia est apud deū. j. Cor. ij. Sapiētiaʒ aūt loq̄mur inter pfectos. Sapiam aūt nō huius seculi neqʒ ꝑncipū huius sctī q̄ destruitur: sꝫ loq̄mur dei sapiaʒ in mysterio abscōditā quā ꝑdestinauit deus ꝛc. Quesiuit ergo Salomō sapiam nō huius seculi: sꝫ sapiaʒ q̄ assistit sedibus dei. Sedes etiā dei dici [illegible] aīe deuote in quibus xp̄s quiescit. s. vij. ca. Jn animas sctās se transfert. Et noli reprobare me a

pueris tuis: h est dignare me inter pueros tuos acceptare. Et noli pmittere vt pter demerita mea sim reprobãdus ꝛ eijciẽdus a ɔsortio pueroꝝ tuoꝝ .i. electoꝝ: humiliũ ꝛ paruuloꝝ in oculis suis. Luc. xviij. Sinite puulos venire ad me. taliũ ẽ em̃ regnũ celoꝝ. Hec est ꝙ forma supplicatiõis.

B Sequit̃ allegatio cãe diuine exauditiõis: ꝛ allegat ꝙ deus debet eũ fauorabiliter exaudire. Primo rõe sũpta a pte sui. secũdo rõe sumpta a pte dei. Scda ps ibi. Tu aũt elegisti me regẽ. A parte aũt sui assignat duplex motiuũ: quoꝝ vnũ pcedit p modũ iusticie: ꝛ aliud p modũ miscdie. Primũ est specialis familiaritas. Scdm naturalis imbecillitas. Specialẽ familiaritatẽ allegat dicẽs: Quoniã ego seruus tu⁹ sum .i. p fidem ꝛ deuotionẽ. Et seruos suos vtiles ꝛ necessarios solent hoĩes fauorabilit̃ exaudire. Johel. ij. Sup seruos meos ꝛ ancillas meas in diebus illis effundã spm̃ meũ. Et nõ sum seruus tu⁹ cõducticius vel empticius sed originari⁹: qꝛ nec tibi seruire cepi de nouo: sed ab vberib⁹ matris mee ad hoc extiti educatus: qꝛ filius ancille tue .i. bersabee. Hoc ẽ ꝙ dñe: dicit Salomõ: pmũ motiuũ quare dignus sum exaudiri a te scz specialis familiaritas. Sed aliud est qđ magis puocat ad cõpassionẽ ꝛ ad dandũ mihi quod peto p modũ beneficij ꝛ misericordie: nõ aũt per modũ meriti vel iusticie: videlicet naturalis imbecillitas ppter quã sum impotẽs ad faciendũ illud qđ debeo. Et ꝙtũ ad hoc dicit: Homo infirm⁹ ꝛc. Vbi pmo allegat impotentiã ex defectu nature. secundo ex defectu gratie. Ex defectu nature allegat impotentiã dupliciter. pmo ex parte corpis. scdo ex pte anime. Ex pte corpis dicit: homo infirm⁹ ꝛ exigui tẽpis .q.d. Quia dicor hõ ꝛ recognosco ppriã vilitatẽ. hõ em̃ dicit̃ ab humo: qꝛ infirmus ɔfiteor fragilitatẽ. Vñ dicebat xp̃us. Math. xxvj. Spũs quidẽ pmpt⁹ est caro aũt infirma: qꝛ exigui tpis ꝓuideo vite breuitatẽ. Job. xiiij. Breues dies hoĩs sunt. Et Sap. ij. Exiguum ꝛ cũ tedio est tpus vite nr̃e. Ex pte aũt aĩe allegat ignorãtiã dicẽs. Et minor supple sum ad intellectũ iudicij ꝛ legũ. Ista materia iudicioꝝ noticia ꝛ legũ quã deus statuit in ecclĩa ẽ necessaria iudici. Leui. xviij. Custodite leges meas atqꝫ iudicia ꝙ faciẽs homo viuet in eis. Vltimo allegat impotentiã ex defectu gratie: qꝛ ꝙtũcũqꝫ homo sit perfectus ꝛ sciẽs in scientijs ꝙs põt acqrere p naturã. sine tñ gratia nihil faciet meritoriũ vite eterne. Et ideo dicit: Etẽim si aliqs fuerit ɔsummat⁹ .i. pfectus ꝙtũ homo põt p naturã: si ab illo fugerit sapiẽtia tua .i. noticia vel fidei tendentia in tep dilectionẽ in nihilũ computabitur. Sap. xiij. Vani sunt oẽs homines in quib⁹ nõ est sapiẽtia dei. Et ideo d insipiẽtib⁹ dicit̃ supra. iij. ca. Et si quidẽ lõge vite erũt: in nihilũ cõputabũtur. Noli me reprobare a pueris tuis.

C Nota ꝙ sancti ꝛ deuoti hoĩes pueris cõparant̃ p pter septẽ pueri ɔditiones ꝙ in istis ɔ̃sibus cõtinent̃. Sunt pueri puri parui paruiqꝫ cibantur. Currũt leuant̃: cito dãt cito pacantur. Vel sic. Sũt pueri pui puri ꝓuo saciati. Cõformes ludunt cito daũt cito pacant̃. Est em̃ in puero inuenire paruitatẽ: puritatẽ: sobrietatẽ: cõformitatẽ: iocunditatem: liberalitatẽ: ꝛ tranquillitatẽ. Sic moraliter sancti sunt pui cõtra tumorẽ supbie. Puri cõtra fetorẽ luxurie. Sobrij ɔ̃ feruorẽ gule. Cõformes cõtra liuorẽ inuidie. Jocundi ɔtra torporẽ accidie. Liberales contra rigorẽ auaricie: ꝛ trãquilli ɔtra feruorẽ iracũdie. Primo dico ꝙ sancti sũt parui p humilitatẽ. Cũ em̃ porta celestis sit parua ꝛ angusta oportet ibi volẽtes intrare pruos fieri. Math. xviij. Nisi ɔuersi fueritis ꝛ efficiamini sicut paruuli nõ intrabitis in regnũ celoꝝ. Et Luc. xviij. Quicũqꝫ nõ acceperit regnũ dei sicut puer: nõ itrabit in illđ. Preciosa iocalia solẽt cooperiri crystallo cõiter ppter duo. Primo qꝛ sic honeste ꝛ secure saluãt̃ a puluere ꝛ ab extrinseco tactu lesiuo. Scdo qꝛ sic bñ mãifestant̃. Crystall⁹ em̃ cũ sit trãsparẽs pmittit speciẽ rei trãsire ad oculũ: imo auget speciẽ: ꝛ fac rẽ apparẽ maioris quãtitatis ꝙ est. Isto mõ moralit̃ ꝙ vult ɔ̃tutes aliquas saluas custodire occultet ꝛ operiat eas sb hũilitate. Est. n. hũilitas sicut crystallus: qꝛ seruabit virtutes a puluẽ vane glĩe ꝛ tactu siue palpatiõe laudis hũane: ꝛ in ɔspectu dei faciet eas apparẽ maioris valoris ꝙ si p se starẽt sine hũilitate. Per istud mediũ pñsentauit beata ɔ̃go deo suã virginitatẽ: suã pietatẽ: ꝛ suã caritatẽ. ita ꝙ oĩa fuerunt cooperta sub crystallo hũilitatis. Jđ signãter dicit in suo cãtico. Quia respexit humilitatẽ ancille sue. Luc. j. Istud in gratijs naturalib⁹ ꝛ etiã acqsitis generalit̃ sat patet: qꝛ qlibet virtus talis tãto maior videtur quãtomagis sub hũilitate ɔtegit̃. Si em̃ sapientia nimis nuda ostẽdat̃ p iactantiã: si pulchritudo si fortitudo: minor apparet. Et si etiã ꝙdlibet bonũ nature min⁹ est gratũ hõi. sed qñ ɔiũgit̃ cũ hũilitate gratũ fit hominib⁹ ꝛ acceptum in tm̃: qꝛ ipsa etiã superbia appetit humilis apparẽ. Nemo ẽ em̃ qui supb⁹ velit apparẽ vel videri. Vñ Bern. đ. xij. gradib⁹ hũilitatis. Gloriosa res est humilitas: ꝙ ipsa quoqꝫ superbia palliare se appetit ne vilescat. Vnde de Saule legitur. j. Reg. xv. Cũ esses paruus in oculis tuis caput in tribub⁹ israel factus es. Propter humilitatẽ fuit electus: ꝛ propter superbiam deiectus. Habet ergo puer paruitatem contra tumorẽ superbie. Secundo habet puritatem contra fetorẽ luxurie. Quãto domin⁹ est maior: tanto maiorẽ honestatem in seruo suo seruiẽte requirit. Deus aũt maxim⁹ dominus ẽ: ꝛ ideo vult ministros suos eẽ mũdos ꝛ

honestos. In cuius figurā legim⁹.j. Regū. xxj. q̄ cum dauid venisset cuz socijs ad achimelech sacerdotē in nobe. ⁊ fames eos vrgeret vehementer. peteretq̄ Dauid ab achimelech panē p se ⁊ suis in tanta necessitate. Respōdit sacerdos. Si mundi sunt pueri maxime a mulieribus mādu cent. quasi diceret: Necessitas nō habet legē: sed si immūdi essent nullo modo eis daretur. Fetet aūt luxuria nō soluz in cōspectu dei ⁊ angeloꝝ bonoꝝ: imo etiam corā quibusdam demonibus nobilis nature. Uñ quidaz necromanticus cū demonē more solito inuocasset: post longā expectationē ⁊ carminū suorum terminationē: tandē apparuit stans a longe vestibus obturans nares suos: a quo cum coniurator quereret: quare ita tardasset: ⁊ q̄re ita a remotis se partib⁹ tenuit. Respondit. Fetor inquit luxurie tue nō pmittit me ad te accedere. Cognouerat aūt meretricē suam clericus ille paruz ante. Et de talibus verificatur illud Esa. xxxiiij. De cadaueribus eorū ascendit fetor. Tertio puer habet sobrietatem cōtra feruorem gule. Quādo em̄ indiget comedit ⁊ bibit ⁊ mensurā naturalē nō excedit. Sic sancti viri in hoc pueros imitātes: quantū nature sufficit capiunt. ⁊ tūc tam sanitatē q̄ sumptus saluabunt. In cuius signū legimus Danielis. j. q̄ Daniel et socij sui pueri qui nolebant comedere de cibis regis Nabuchodonosor. nec bibere de vino ei⁹: sed comederunt legumina ⁊ biberunt aquam: honestiores fuerūt ceteris pueris chaldeorum. Unde dicitur ibi: post decem dies inuenti sunt vultus eorū meliores ⁊ corpulentiores pre omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. Et pueris illis dedit de⁹ scientiā ⁊ disciplinā in omni scientia. Et ideo merito comparatur sobrietas amethisto. de quo dicit in lapidario. ca. xvj. Hic facilis sculpi contrarius ebrietati. Carus haberet si rarior inueniret. Dicitur autē de isto lapide q̄ preseruat equū gestantis a cespitatione ⁊ infirmitate. Isto modo moraliter sobrietas est facilis sculpi: quia sobrij facillime docēt ⁊ castigātur. Similiter aīa viri sancti est sicut eques ⁊ caro sicut equus. Esa. xxxj. Equi eorū caro. Anima istuz equū debet regere ⁊ refrenare. ⁊ interdum vrgere calcaribus. Si vero eques. i. anima istam gemmā. id est sobrietatē portauerit: equus. id est caro nō pdet sensuz. nec cespitabit in via moꝝ. nec cadet sup peccatum: imo corporalē infirmitatē euadet. Seneca. x. declama. dicit q̄ ideo subito morimur: q2 de mortibus viuim⁹. Quicquid auiū volitat: quicquid piscium natat. quicquid feraꝝ discurrit nostris sepelitur ventribus. Queritur enim quare nunc subito morimur: quia nunc mortibus viuimus. Et ad lucillum epistola. vij. Morbos multos multa fercula fecerunt: innumerabiles morbos non miraberis. Cocos numera. De hac materia notabiliter loquit̄ Innocentius de vilitate conditionis humane. Initium inquit vite hominis panis ⁊ aqua. Gulosis autē non sufficiunt fructus arborum: nō grana leguminū: non radices herbarū: nō pisces maris: nō bestie terre: non aues celi: sed querunt̄ pigmēta: parant̄ aromata: capiūtur obesa: que studiosissime coquunt̄ ⁊ laute parant̄ officio ministrorum: alius contundit ⁊ colat: ⁊ alius confundit ⁊ conficit: substantiā vertit in accidens: naturā mutat in artem: vt saturitas transeat in esuriez: reuocet appetitū ad irritandum gulaz: non ad sustentandā naturam: nō ad necessitatē supplendā: sed ad cupiditatē explendam: hec ille. Quarto habet puer conformitatē contra liuorē inuidie. Si puer videat nutricē flere statim collachrymatur. ⁊ si videat eam ridere mox arridet. Isto mō vult deus q̄ sancti viri in presenti cōpatiantur tribulatis ⁊ cū pficientibus gaudeant. Juxta doctrinaz apostoli ad Roma. xij. Gaudere cuz gaudentibus flere cum flentibus: vt sint omnib⁹ conformes ⁊ communicēt p caritatē. Isti figurantur per pueros clamantes in tēplo: Osanna xp̄o Math. xxj. Soli pueri carentes inuidia digni sunt deum laudare. Quinto puer habet iocunditatē cōtra torporē accidie. Jocunditas em̄ cordis facit eos ita mobiles q̄ currunt: ambulant ⁊ discurrunt ⁊ ludunt ⁊ nunq̄ sunt ociosi. Sic sancti in p̄senti debēt esse laboriosi: solliciti ⁊ semper in aliquo vtili occupari. Juxta illud. Sic fac q̄ nulla sine fructu transeat hora. Nunc predicando: nunc infirmos nō solū corpore sed ⁊ fide leniter informando: vngentes oleo leticie fidei salutaris. Horū figurā habuit Samuel. d̄ quo. j. Regū. j. ⁊. ij. ca. dicit̄. Puer Samuel ministrabat corā dn̄o statim cuz esset ablactatus. Sexto puer habet liberalitatez contra auaricie rigorem. Puer enim libenter dat quicquid habet. Isto modo viri sancti liberales debent esse per elemosynarum largitionem. Istos figurabat puer habens quinq̄ panes hordeaceos ⁊ duos pisces. de quib⁹ christ⁹ satiauit quinq̄ milia hominum. Joh. vj. Et Tobias qui cum iunior esset omnibus de tribu sua in captiuitate: nihil tamen puerile gessit in opere: s̄ omnia que habere poterat quotidie concaptiuis fratribus qui erant ex ei⁹ genere impartiuit. Tobie. j. Septimo habet puer tranquillitatem contra furorem iracundie. Puer enim non ledit: et si ipse offendatur et ledatur statim remittit. Unde pro vno pomo reconciliatur licet fuerit valde offensus. Isto modo sancti remittere tenentur illis qui contra eos delinquūt. Nota q̄ Aristo. iiij. Ethicor. ca. xiij. s̄m Thomā distinguit tres species iracundoꝝ. Sūt em̄ quidā acuti: quidā amari

⁊ quidaʒ difficiles. Acuti dicunt qui velociter irascuntur et velociter quiescunt. Et istud est optimũ qd̄ habẽt q̄ nõ retinent irã in corde celãdo: ſ statim irã suã p aliq̃ signa manifestãt ꝓpter velocitatẽ mot⁹ ire. Et ad istã speciẽ maxime disponũt colerici ꝓpter subtilitateʒ colere. Amari dicũt quoꝝ ira diu pseuerat ⁊ eã nutiq̃ ostẽdũt ſ occultãt: ⁊ ideo sũt amarissimi in seipsis ⁊ etiã ad alios ⁊ indigẽt multo tpe ad hoc q̄ digerãt irã suã. Et ad hãc iram maxĩe disponũt melancolici ꝓpter grossiciẽ humoꝝ melancolie. Difficiles sũt q̃ nũq̃ cessãt ab ira cõcepta donec fuerint vindicati. Istas tres species vincere debet scũs p mãsuetudinẽ ⁊ moderantiã rõtis. Primã p modestiã ne sit acut⁹. Scd̄am p patiẽtiã ne sit amar⁹. Tertiã p pietateʒ ne sit difficilis vt sit puer deo gratus moralis. De q̃ Osee. j. Puer israel ⁊ elegi eum.

Lectio. CXIX

Tu autẽ elegisti me regeʒ p̄plo tuo: ⁊ iudicem filiorum tuorũ ⁊ filiaꝝ tuaꝝ. Et dixisti me edificare templũ i mõte scõ tuo: ⁊ i ciuitate habitatiõis tue altare: similitudinẽ tabnacli sancti tui qd̄ p parasti ab initio: ⁊ tecũ sapiẽtia tua q̃ nouit opa tua: ⁊ que affuit tũc cũ orbẽ terrarũ faceres ⁊ sciebat

A

qd placitũ esset ocl̄is tuis ⁊ q̃d directũ in preceptis tuis. Postq̃ Salomõ supplicauit ꝓ sapiẽtia impetrãda ⁊ rõem q̃ a deo exaudiri debeat allegauit sumptã a parte humane necessitatis. In hac pte ꝯseq̄nter aliã subiungit rationẽ ad idẽ sumptã ex pte diuine bonitatis. Et est ratio talis. Decet diuinã bonitatẽ pfecte illã ꝯsũmare que ꝓposuit ⁊ incepit. Sʒ tu ꝓposuisti p electionẽ mei q̄ forẽ rex ⁊ iudex ppl̄i et edificator tẽpli q̃ sine tua sapiẽtia ꝯsũmari nõ possunt: ꝫ decet te deũ mihi dare sapientiã: q̃ ista que tu ꝓposuisti me facturũ ꝯsũmare possim. Dicit ꝫ sic. Tu elegisti me regẽ. q. d. nõ me ingessi p p̄sumptionẽ: nec me intrusi p violentã occupationẽ. Sed tu me elegisti nõ sup vnã ciuitatẽ vl̄ insulã: ſ vt rex sim populo tuo. Uñ. ij. Paral. j. vbi ponit historia de supplicatiõe Salomõis. Quis põt hũc p̄plm tuũ q̃ tã grandis est digne iudicare? Nõ solũ elegisti regẽ p̄plo tuo: ſ voluisti me esse iudicẽ imediatũ filioꝝ tuoꝝ ⁊ filiarũ tuaꝝ. tam maioꝝ q̃ minoꝝ. Scd̄o mõ nõ solum elegisti me in regẽ ⁊ iudicẽ: ſ in artificẽ et edificatorẽ: vñ dixisti me edificare tẽplũ in mõte scõ tuo. ij. Regũ. vij. Dixit dñs ad Dauid. Suscitabo semẽ tuũ post te ⁊ ip̄e edificabit tẽplũ nomini meo. Et. j. Paral. xxviij. Salomõ fili⁹ tu⁹ edificabit domũ meã ⁊ altaria vel atria mea. Ipm eñ elegi mihi in filiũ meũ ⁊ ego ero ei in patrẽ. Tẽplũ inq̃ in monte scõ tuo. Iste mõs sicut dicũt hebrei fuit ille mõs in quo abraam voluit imolare filiũ suũ Isaac. Geñ. xxij. Et ibi erexit altare. Et in eodẽ loco fuit postea altare templi de quo hic subdit. Et in ciuitate habitatiõis tue altare. Hec ciuitas fuit Hierusalẽ: de qua In p̄s. Hierusaleʒ que edificat vt ciuitas. Altare dico hñs similitudinẽ tabernaculi tui sancti ab initio. id est tale altare iussisti me facere: quale fuit altare tabernaculi Moysi ab initio. id est ab antiquo: hec tu deus pater ordinasti deme: ⁊ tecũ sapiẽtia tua. id est filius tu⁹ q̃ sapia nouit opa tua creatiõis recreatiõis ⁊ glorificationis: de quib⁹ Abachuc. iij. Consideraui opa tua ⁊ expaui. Que quidẽ sapiẽtia affuit tũc cuʒ orbẽ terraꝝ faceres creãdo de nihilo. Et sciebat quid placitũ esset in oculis tuis circa genus humanũ: ⁊ quid directũ in p̄ceptis tuis. id est quibus preceptis voluisti hominem dirigere in teipsum sicut in finem suum. Oritur hic dubitatio litteralis. An electores prelatorum teneantur eligere meliorem.

B

Et videtur q̄ nõ: q: decretalis dic: Sufficit eligere bonũ. nec est necesse eligere melioreʒ. Ad oppositũ videt. iiij. Regũ. x. Eligite meliorem de filijs dñi vestri ⁊ ponite sup soliũ patris sui. Dicendũ est: q̄ nõ semp ille qui est melior simpliciter est melior ad plationem. Ille eñ inter homines est simpliciter melior qui est caritate pfectior. Unde Aug⁹ in encheridion. Quãto caritas in quocunq̃ maior est: tãto melior est i quo est. Cũ eñ queritur. vtrum quisq̃ sit homo bon⁹: non querit quid credat aut quid speret: sed quid amet. Contingit autẽ frequenter q̄ illi qui est pfectissimus in caritate multa deficiant que necessaria sunt plato: puto sciẽtia: valitudo corporis ⁊ huiusmodi. Electio auteʒ eorũ que sunt ad finẽ: debet fieri sm̄ conditionem finis: ⁊ ideo dicendũ q̄ electores quicũq̃ talẽ eligẽ tenent q̃ sit melior ad statũ illũ cui per electionẽ ꝓuidẽ tenent: nõ aũt tenent eligere meliorẽ. Per h̄ patet ad argumẽta: quia decretalis intelligit de simplicit meliore. vnd̄ vult decretalis dicere q̄ non tenentur eligere meliorẽ ad illum statũ: sed sufficit eligere bonum: ⁊ ꝓpter hoc est electio cassanda. nec decretalis informat conscientiam electoꝝ: sed iudicium publicum. Auctoritas ad oppositum intelligitur de meliore ad talẽ finẽ. Orit h̄ dubitatio litteralis scd̄a. An meli⁹ sit habere reges p electionẽ q̃ p hereditariam successionẽ. Et hanc mouet Aristo. tertio polit: et arguit q̄ non per generationem siue per hereditariam successionẽ: quia cõtingit frequenter filium boni regis esse malum. Malus autem destrueret cõmunitateʒ. Si vero dicatur q̄ pater preuidens filium malum: daret alteri regimẽ qui esset bonus: dicit Aristoteles q̄ non est credibile: imo difficile esset et quasi supra naturam humanam: quia cum traderet regnum magis dilecto: et filius est quasi alter ipse: necessarium videretur q̄

traderet illud filio. Istam questionē nō soluit Arist. Sz dicūt expositores q melius est p se loquēdo et simpliciter ɔtinuare regnū p electionē: qr tūc semp pōt ꝟtuosus regere: p accidēs tū melius est in casu ɔtinuare regnuz p generis successionē. Primo ppter discordiā et dissensionē eligētiū. Scdo ppter ɔsuetudinē dn̄andi in vna domo. Tercio q equali sibi nullus vult subijci defacili: et iō mutatio regni est piculosa p electionē paci cōmunitatis: s hoc est p accidēs. Si eñ essent oēs rationabiles et habētes zelū reipublice: melius esset regi p electionē cōmunitatis ab vna psona q̄ p successionē nature. Aliam mouet ibidē questionē de potētia regis: et q̄rit q̄nta debet esse. Rñdit q optet regi potentiā esse tantā q sit maior q̄ sit alicuius vnius: et maior q̄ quoꝝūdaz pluriū de illa cōmunitate. debet tñ esse mior q̄ potētia mltitudis. Aliam soluit ibidē de rege et est. An melius sit regi optima lege vel optimo rege. Dicit: optimo rege: qr ipossibile est legē excogitare q̄ non indigeat applicatione: interpretatiōe et dispēsatione: q̄ ab optimo rege fieri possūt. Tu aūt elegisti me regē ꝑplo tuo: et iudicē filioꝝ tuoꝝ et filiaꝝ tuaꝝ. Ex ista actate informat pnceps q̄libet et plat' circa statū suū q̄tuor ɔsiderare: videlicz q nō sit imissus p intrusionē: q nō sit remissus p dissimulationem: q non sit neglector culparum: et q non sit acceptor personarum. Primo consideret prelatus siue princeps q nō sit immissus p intrusionem: s vt vere posset dicere deo. Tu elegisti me. Forma autem platorum eligendorum est ipe xps in tribus: scz. In sua conceptione: natiuitate: et cōuersatione. Fuit eñ cōcept' spūssancti coopatione. Natus sine matris corruptōe. Conuersatus in mūdo sine ambitione ac peccati opatiōe. Vñ qñ populus elegit eū in regē fugit et renuit rex fieri. Joh. vj. Isto mō q̄ debet intrare ad statum plature debet ɔcipi in mētib' electoꝝ p spūssancti inspirationē: nō p ɔspirationē dissolutoꝝ. Debz nasci de matre q̄ est ɔgregatio. siue capl'm: cui dz pesse sine corruptione. ita q nec sit corrupta pce vel pcio: vel minis potentū. Debet ergo sic elect' ducere statū suū sine ambitione vt velit si possit ex corde fugere et deuotus obedire: vt deus sibi possit dicere illō Esaie. xliiij. Noli timere serue me' iacob: et rectissime quem elegi. Sz timendū est q nōnulli eligunt ppter parcialis affectiōes: quidā ppter mūdiales possessiones: et quidā ppter curiales interpositiōes. Cōsiderāt nōnulli electores: nō q̄s melior vita: clarior sciēa et fama celebrior. s q̄ velit esse in bñficijs et subuctionib' vilior: q̄s velit minus vitā suā emēdare: quis velit crimina dissimulare. Cōsiderāt alij: q̄s est in reb' locupletior: in bñficijo pinguior: in expensis pfusior: in ɔuiuijs lautior: in ociosa familia mltiplicior. Alij q̄s ē regi et regalib' gratior et acceptior: q̄s parentū generositate nobilior: q̄s mūdane vanitati habilior et vsitatior inuenit. Isti nō eligunt p spiritūsctm: s p spirituz ncq̄. Cōtra q̄s adduci pōt illud. iiij. Reg. x. Eligite meliorē et eū q̄ vobis placuerit de filijs dñi vestri et ponite eū sup solū patris sui. Nota q pmittit meliorē et euz q̄ vob placuerit d filijs dñi vri signū q bonitas gratiaꝝ nō acceptio psonaꝝ dz eē causa q̄re vob placeat. Ut fert quēdā dixisse regi Lodouico q̄renti: Cur nō fiūt miracla p epos et platos moderni tpis: sic olim fiebāt in pmitiua eccłia: Domine inquit: olim tempore primitiuo electiōes epoꝝ et platoꝝ fiebāt p spiritūsctm: cuius est facere miracula: mō fiūt p reges et pncipes q̄ miracla facere nō pñt. Scdo ɔsideret plat' vl' pnceps: q nō sit remissus p dissimulationē: qr elect' i rgē. Rex eñ a regēdo dr. et ē nomē tā honoris q̄ oneris. Tenet eñ exēplū alijs pbere probitatis moralis: vt dicat cum Gedeone. Judic. vij. ca. Qd me videris facere: facite. Pl' eñ monēt egregia facta pncipis q̄ iusta ipia. De Julio cesare dr: q nūq̄ dixit militib' suis: ite s venite. Vñ. j. Regū. xij. Cōstitui vobis regē: et rex gdit añ vos. Narrat Sext' Julius Stratogematon. li. iiij. ca. v. de q̄dā duce q̄ vocabat pesticor'. s cū interogat' esset a milinb': quid imparet: dixit vt se imitarent et nihil aliud: et arrepto signo pm' hostes inuasit. Talis dz esse rñsō boni plati vt possit dicere cū aplo: Imitatores mei estote et obſuate eos qui ita ambulāt: sic habetis formā nostrā Ad Phil. iij. Trogus valerius libro. vij. narrat q Argeus rex Macedonū moriēs reliq̄t filiū puulū. Cōtigit macedones interim ɔ illiricos bellare et vinci: q̄ stati se recolligētes regē suū puerū in cunis iacentē añ aciē posuerunt et sic eos vicerūt: oñdētes macedōib' regē defuisse n ꝟtutē. Moralis pñtia plati sēp iuuat subditos. Tercio ɔsideret plat': ne sit neglector culpaꝝ in inq̄rēdo: discutiēdo et puniēdo: qr est elect' in iudicē. Tu aūt elegisti me in iudicē et c. Dicit phs .j. Ethicoꝝ. Quod vnusq̄sq3 est bon' iudex eorum que cognoscit. Et ideo ad bonū iudiciuz dandum requirit inquisitio et cognitio: ne homo pcedat ex incertis suspitionib' ex vna parte: et ex alia parte debet homo iquirere ne mala surrepēt et augeāt p defectū correctiōis. Cū ꝟo crimina sint cognita: cōtinuo si possibile est sint correcta p iudicē qui debet esse sicut iustuz animatū: sic dicitur. v. Ethico. vt mēs sua tota sit a iusticia occupata. Et ideo populus accedit ad iudicē sicut ad iusticiā animatam vt in oib' reddat qđ iustū ē. Vñ Eccł. vij. Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Hugo de sancto victore in lib. suo de. xij. abusionibus claustri. dicit q tres sunt species vel modi negligentium prelatorum.

Quidã sũt qui bñ viuũt τ sbiectos male viuere pmittũt: quidã sũt qui male viuũt τ sbditos suos bene viuere cogũt: quidã sunt q̃ male viuunt τ sbditos male viuere volũt. Quidã sũt q̃ bñ viuũt τ subditos male viuere pmittũt: exemplo pcedũt: s̃ nõ icrepãdo delinquũt. Licet cm̃ bñ viuãt: necesse tñ est vt d̃ grege sibi commisso dño gregis rationez reddant. Illi v̄o q̃ male viuũt τ subiectos bene viuere cogũt: errantes reuocãt: s̃ rectos τ fortes occidũt: reuocãt v̄bis: occidunt exẽplis. De tertia specie nõ oportet facere mentionẽ. Hec Hugo. Quarto informat p̃lat⁹ τ princeps ne sit acceptor psonarũ. cũ dicat: Filiorũ tuorũ τ filiarũ tuarũ. i. electⁿ sũ in regẽ τ iudicẽ: tam maiorũ q̃ minorũ: tã simpliciũ q̃ pfectorũ. filiorũ inquit tuorũ. i. elect⁹ suz vt iudicẽ ipsum tuũ: nõ sicut suos meos vel rusticos: s̃ sicut filios gubernãdo vt sim eis loco tui pater nõ tyrãn⁹ Bern. sup Can. Discite subditos matres vos esse debere nõ dños: studete magis amari debere q̃ metui. Et si interdũ seueritate op⁹ sit: paterna sit nõ tyrãnica. matres fouẽdo τ patres corrigẽdo vos exhibeatis. Suspẽdite v̄bera: pducite vbera: pectora lacte pinguescãt: non typo supbie turgescant. Hec Bern. Et ideo sicut dicit bonus prelat⁹ Joh. in canonica sua. Maiorẽ l vobis nõ habeo grãm q̃ vt audiam filios meos in veritate ambulantes ⁊c. Lectio. CXX

Mitte eam de celis sanctis tuis τ a sede magnitudis tue vt mecũ sit τ mecuz laboret: vt sciam q̃d acceptũ sit apud te. Posita supplicatione deuota p sapiẽtia impetrãda. τ allegata rõne tam ex pte dei q̃ ex pte Salomonis. Hic iterato redit ad ꝯtinuationẽ sue petitiõis. Et circa hec tria facit. Primo petit q̃ sapiẽtia det̃ sibi liberalit̃. Scd̃o innuit q̃ itẽdit p eã regi generalit̃. Tertio pbat q̃ ipsa possit eũ bñ regere moralit̃. Secũda ps ibi: vt mecuz sit. Tertia ibi. Scit enim oĩa illa. Circa pmũ dicit sic. Mitte illã. i. sapientiam que est fides infusa opans p dilectionẽ. d̃ celis sanctis tuis. i. de celo empyreo q̃d in habitare pncipaliter crederis: licet omni loco vbiq̃ assis. Sicut eñ dicit Arist. pmo de celo: fm omnes antiquos. celũ est loc⁹ dei: τ q̃d est in celo nec veterascit nec mutat̃ nec alterat̃: sed habz vitã i secl'a seclorũ. Et a sede magnitudinis tue figuratiua locutio est. Loqt̃ eñ de deo modo humano: cũ tñ sit sine quãtitate magn⁹: τ sine qualitate bon⁹: et sine situ psidẽs: vt dic̃ Aug⁹ v. de de tri. ca. iiij. Per sedem ergo magnitudinis nihil aliud intelligit̃ nisi quies vl' trãquillitas dei omnipotẽtis q̃ vniũsa disponit. Sap. xij. Tu aũt dñator virtutis cũ trãqllitate iudicas. Scd̃o ostdit ad q̃d istã sapiẽtiã tãtũ optat. τ dic̃ vt p ea rgat̃ generaliter: τ pficiat̃ cẽndo: agẽdo τ cognoscẽdo. Vñ subdit. Ut mecũ sit. q̃ntũ ad pmũ. j. Cor. xv. Grã dei sum id q̃d suz. Et mecũ laboret. Quãtũ ad scd̃m. j. Cor. xv. Abũdãtius illis oĩb⁹ laboraui: non ego: s̃ grã dei mecũ. Ut sciã q̃d acceptuz sit apud te. Quãtũ ad tertiũ. Et h̃ dupliciter. s. dei bñplacitũ cognoscẽdo τ me eidẽ ꝯformãdo. Ut mecũ sit τ mecũ laboret. Notandũ est q̃ si pm⁹ parẽs in statu inocẽtie pstitisset: oẽs ei⁹ posteri sine labore meruissent. Perfecta eñ fuisset obedientia carnis ad spũm. Vñ sicut celũ mouet̃ sine fatigatiõe τ labore eo q̃ suo motori nõ resistit. Ita corp⁹ tũc ab aĩa sine labore motũ fuisset. Jam v̄o nec cogitare de aliquo diu possum⁹ sine labore corpis: τ a multo fortiori nec loq̃ possum⁹ nec moueri: In ps. Existimabã vt cognoscerẽ hoc labor est añ me. In tantũ autẽ versa est in cõtrariũ nr̃a pditio vt q̃ nati fuissem⁹ ad quietẽ si peccatũ nõ esset: generaliter et quasi naturalit̃ nascimur ad laborẽ. Dic̃ Job. Homo ad laborẽ nascit̃ τ auis ad volandum. Job. v. Sicut aũt pegrin⁹ veniẽs ad ꝯcursus viarũ eligere põt p quã velit ambulare: nullam tñ ibi sine labore. Ita hõ posit⁹ in hac vita multas vias viuẽdi inuenit: in diuitijs τ paupertate τ honore τ seruitute: in delitijs τ miserijs: sed nullã accipiet in qua magnũ laborẽ nõ inueniet. Si diues esse voluerit: in diuitijs ꝯgregandis: ꝯseruãdis τ dispẽsandis: necessario laborabit. Eccl. xxxj. Laborabit diues in ꝯgregatione substãtie. Et statim sequit̃. Laborabit pauper in diminutiõe vict⁹. Et sic discurrẽdo vbiq̃ laborẽ reperiet: q̃m h̃ fuit penitẽtia toti humano generi iniũcta. Gen. iij. Maledicta terra in ope tuo: in laborib⁹ comedes ex ea oĩb⁹ dieb⁹ vite tue. Laborare ergo debem⁹ in vita pñti viriliter τ v̄tuose pp̃ter tria: videlicz pp̃t cõuenientiã pmissi tpis: pp̃ter penitẽtiam cõmissi sceleris: τ pp̃ter vehementiã pmissi muneris. Primo dico. laborare debem⁹ in pñti non quiescere: nõ ociari pp̃ter cõuenientiã pmissi temporis. Tp̃s eñ quo viuim⁹ τ eternitas vite future sic comparant̃ ad inuicẽ: sicut vigilia pcedens τ festũ seq̃ns. In vigilijs eñ solemnitatũ solẽt homĩes laborare feruenter τ diu. vnde in talib⁹ vigilijs faciũt agricole altã noctẽ. In diebus v̄o festiuis indulgere solẽt cõiter quieti τ solatio. Isto modo moraliter nũc est vigilia in qua ieiunijs τ laborib⁹ nos dare debemus. j. Petri. v. Sobrij estote τ vigilate. Et. ij. Cor. vj. In oĩb⁹ exhibeam⁹ nosmetipos sic̃ dei ministros: in laborib⁹: vigilijs: τ in ieiunijs multis. Sed cras in vita futura erit festuz τ solẽnitas sempit'na. Et tũc vacabim⁹ gaudio: leticia τ quiete. Apoc. xiiij. Beati mortui q̃ĩ dño moriunt̃: amodo iã dicit sp̃us vt requiescãt a laborib⁹ suis. Vñ Hiero. in quadã ep̃la. Nullus labor dur⁹: nullũ tp̃s videri d₃ longũ: q̃ gloria

eternitatis acquirit. Sic dicto fatu⁹ eẽt q in vigilia
oib⁹ laborãtib⁹ ꝛ sudãtib⁹ ociosus foret. ꝛ in fe
sto laboraret qñ oẽs gauderẽt ꝛ quiescerent.
Sic fatu⁹ eẽt q in pñti vita qetẽ acceptaret: in q
xp̃s ꝛ oẽs sctĩ q nos ꝑcesserũt laborib⁹ ꝛ peni-
tẽtys se dederũt: ꝛ sibi in futuro laborẽ ꝑpetu-
um thesaurizaret. In ps. Laborabit i eternũ
ꝛ viuet adhuc in finẽ. Scdo tenemur laborib⁹
ỽtuosis insistere ꝓpter penitẽnã cõmissi scele-
ris. Magna eñ gr̃a foret si dñs remitteret ru
stico ꝑpetuã seruitutẽ ꝑ labore vni⁹ diei: ꝛ me-
rito deberet ille rustic⁹ tali die laborare diligẽ-
tissime. Moralit. oĩs peccator seruituti ꝑpetue
addicit qñ peccat. Joh. viij. Oĩs q facit pctm̃
fu⁹ est pcti. Pro hac seruitute peccati in ꝑpetuũ
laborare deberet i inferno: vt dictũ est: nisi sa-
cramẽtũ penitẽtie mediaret: p qd pctã eẽna in
penã tpalẽ cõmutaret. Justũ est ḡ q̃libz qui
peccauerit dieb⁹ vite istĩ⁹ fortiter laborare ꝓ-
pter penitẽtiã cõmissi sceleris: Exẽplo ꝓphete q
ait. Laboraui in gemitu meo lauabo ꝑ singlas
noctes lectũ meũ lachrymis meis stratũ meũ
rigabo. Hoĩes q aĩose laborãt cito patiũt su-
dorẽ. Jta deuoti i labore penitẽtie cito irrigãt
sudore lachrymaꝝ ꝯtritiõis. Dic Arist. ꝯ pleu.
parte. xxiij. ꝓble. xxiij. ꝙ qñ plorantes lachry-
mas emittim⁹ lachryme sũt calide: qñ aũt dolẽ
tes oclos ex aliq infirmitate emittimus lachry
mas: lachryme ille sũt frigide. Et h⁹ cãm assigt
talẽ. Indigestũ ẽ frigidũ. digestũ ỽo calidũ.
Dolẽtiũ aũt oclos lachryma est indigesta pro-
pter qd ꝛ frigida. ꝓpter qd ꝛ medici signũ pu-
tãt eẽ maxie egritudis frigidos sudores. Cali
dos aũt ecõtrario bone alteratiõis. Et h⁹ sbiũ
git cãm. Cũ qdẽ fuerit supfluitas mlta in oclo
nõ põt intern⁹ calidũ illã digerere: qre necesse ẽ
frigidã esse. qñ aũt pauca supfluitas est tunc
calor vincit. quare tũc lachryme sũt calide: Fi-
unt aũt ex supfluitatib⁹ egritudies hmõi. Mo
ralit loqndo: int penitẽtes est diuersitas. qꝛ ali
qui ꝯterũt ex caritate ꝛ amore iusticie. caritas
aũt ignis est. Et iõ istoꝝ lachryme sũt bñ dige-
ste calore caritatis. ꝛ istoꝝ sudores sũt calidi ꝛ si-
gnãt sanitatẽ. Alij aũt vident penitẽtes ꝛ atte-
runt magis ꝙ ꝯterãt. Recogitãt eñ penã infer
nalẽ quã peccãdo meruerũt. ꝛ exinde timorẽ cõ
cipiũt q timore ducti lachrymas frigidas ꝛ su-
dores frigidos faciũt: qꝛ ꝯfessionẽ frigidã faci-
unt de peccatis timore pene non amore iusticie.
Sic penituit. Antioch⁹. ij. Machab. ix. Ora-
bat scelest⁹ dñm a q nõ erat miscðiã ꝯsecutur⁹.
Sic Judas penitẽtia duct⁹ retulit triginta ar-
gẽteos dicẽs: Peccaui: tradẽs sanguinẽ iustũ
Math. xxvij. Ista est ꝯfessio frigida ꝑ timorẽ
ꝛ desperationẽ. Et iõ signũ ẽ magne infirmita-
tis. Isti sic laborãtes licite dicere pñt illð Luc.
v. Per totã noctẽ laborãtes nihil cepim⁹. Ta-
tes nõ fuerũt lachryme Petri. Math. xxvj. Nec

lachryme Marie magdalene Luc. vij. Ter
tio laborare debem⁹ i pñti ꝑ opa meritoria ꝓ-
pter vehemẽtiã ꝓmissi muneris. Cõsideratio
eñ mercedis accẽdit amorẽ laboris. Jsto mõ
psuadẽdi laborẽ virtutis vtit Boetius vł pbia
loquẽs Boetio. iiij. ð ꝯso. Metro. vltio. Ubi
inducit exẽplũ triũ viroꝝ illustriũ: qui labores
maxios ꝓ vtute ꝛ glĩa tpali sustinuerũt: videlicz
Agamẽnonis Ulyxis ꝛ Herculis: qrũ pm⁹ bel
lo decẽnali troiam deuastauit: ꝑ sũma picula.
Scðs Polyphemũ gigãtẽ monoculũ q oẽs so-
cios deuorauerat: ꝑ sũmã audaciã interemit.
Terti⁹ Hercules qui duros labores sustinuit.
De q dr̃. Herculẽ duri celebrant labores. Ille
cẽtauros domuit supbos ꝛc. q h nõ ponã. Et
tãdẽ dic sic. Ultim⁹ celũ labor irreflexo Sustu-
lit collo: pciũq rursus Ultimi celũ meruit labo
ris. Et enarratis istis exẽplis dic sic. Ite nũc for-
tes vbi celsa magni. Ducẽ exẽpli via: cur inertes
Terga nudatis: supata tell⁹ Sidera donat. Ut
dicẽ. Uos q ỽtuosi ꝛ fortes eẽ vultis: ite ad celũ
ꝑ viã ỽtutis q cũ sit via excelsi ẽ via magni exem
pli: qꝛ mlti ꝛ magni ambulãt ꝑ eã q añ vos iue
rũt. Et iõ via excelsa magni exẽpli ducit vos.
Cur inertes terga nudatis: qsi miseri fugiẽtes ð
ꝓlio: ꝛ petẽtes ab hostib⁹ miscðiam? Ecce qlis
merces vob ꝓmittit. Supata tell⁹ sidera do-
nat: h ẽ dictũ. Habeatis vos sicut tra ꝙ victores
sitis ꝛ sup sidera erit in ꝑpetuũ merces vestra.
Et h ẽ qd dr̃ Sap. iij. Bonoꝝ laboꝝ gloriosus
est fruct⁹. Et i ps. Labores manuũ tuaꝝ quia
mãducabis btũs es ꝛ bñ tibi erit. De hac beatitu
dine loqr Bern. in qdã sermone dicẽs. O btã
regio padisi. O btã rgio delitiaꝝ ad quã suspi-
ro de valle lachrymaꝝ: vbi sapia sine igrantia:
vbi mẽoria sine obliuiõe: vbi itellect⁹ sine erro
re: vbi rõ sine obscuritate fulgebit. Bti q ibi ha
bitãt: dicẽte cũ ps. Bti q habitãt i domo tua
dñe i secla secloꝝ laudabũt te. Lectio. CXXI

Cit enim omnia il-

la ꝛ itelligit: ꝛ deducet me i opib⁹ meis
sobrie ꝛ custodiet me i sua potẽtia. Et erũt ac-
cepta opa mea: ꝛ disponã ꝑplm tuũ iuste: ꝛ ero
dign⁹ sediũ patris mei. Postq̃ Salomõ decla
rauit ꝙ ꝑ sapiẽtiã quã optauit intẽdebat se re-
gere moralit in omni bonitate. Hic osñdit q̃cta
dẽ sapiẽtia h ꝯferre potuit generalit ex ꝓpria
ptãte: ꝛ p ꝯseqñs potuit eũ facere ỽtuosũ ꝑfe-
cte. Hui⁹ ergo ptẽs. Primo ponit ꝓbationẽ.
Scðo ex hoc infert qndã ꝯclusionẽ. Scða ps
ibi. Et ero dign⁹. Circa primũ: talẽ ponit ra
tionẽ. Illud põt hoĩem ꝑfecte facere ỽtuosũ
qd ꝯfert hoĩni scientiã: prudentiã ꝛ potentiã
ꝛ etiam facit deo acceptũ ꝛ sibi subiectis ꝓficu-
um. sed talis est sapientia quã peto a deo: dic
Salomon. ḡ ꝑ ipam potero me regere virtuo
se in oibus. Minorem ergo hui⁹ rationis po-

nu in quinqꝫ pticulis: narrãs de sapiẽtia ꝙ ipa
est doctrix ꝑ sciẽtiã: ductrix ꝑ prudẽtiã: defen
satrix ꝑ potentiã: mediatrix ꝑ amicitiã: mode-
ratrix ꝑ iusticiam. Quantũ ad primũ dicitsic:
Scit eniz illa. i. sapiẽs omnia ⁊ intelligit. Apud
Arist. inter sciẽtiã ⁊ intellectũ hec ẽ differẽtia:
qꝛ sciẽtia ẽ habit⁹ ꝯclusionis demõstrate. Vñ
nihil ꝓprie dr̃ sciri apud eũ stricte loquẽdo sciẽ
tia nisi qḋ põt demõstratiue ꝓbari. Et ideo fa-
cere scire cadit in diffinitione demõstrationis:
sicut patet ꝑmo posterioꝝ. Intellect⁹ vero ꝓ-
prie loquẽdo est habit⁹ cognitiu⁹ ꝓncipioꝝ ⁊ ꝓ
positionũ: que ꝓbari nõ possũt. Vñ Arist. vj.
ethi. Intellectus est ꝓncipioꝝ quoꝝ nõ est ars
neqꝫ sciẽtia neqꝫ prudẽtia: qꝛ sciẽtia est demon
strabiliũ. Ars ẋo ⁊ prudẽtia ꝯtingẽtiuz. Siue
igit̃ loq̃mur de ꝓncipijs siue ꝯclusionib⁹: sapi
piẽtia scit. i. scire facit. oĩa. i. omnia necessaria
ad salutẽ. Sic eñi loquit̃ saluator ď spũsancto.
Joh. xvj. Cũ aũt venerit ille spũs veritatis do
cebit vos omnẽ veritatẽ. Glo. supple necessari
am ad salutẽ. Est aũt sapiẽtia doctrix ꝑ sciẽtiã.
Sapiẽtie. viij. Doctrix ẽ eñi disciplĩe dei ⁊ ele-
ctrix opm illius. Scḋo sapia est doctrix ꝑ pru
dentiã. Est eñi prudẽtia recta rõ agibiliũ. Vñ
ad prudentẽ ꝑtinet bene ꝯsiliari circa totã vitã
hominis ⁊ bene eligere: qꝛ sine prudẽtia null⁹
põt habere virtutẽ moralez: sicut docet Arist.
vj. ethi. Et q̃ntũ ad hoc dicit Salomõ de sapiẽ
tia: Deducet me inquit in opibus meis sobrie
.i. mẽsurate ẜm mensurã recte rõnis. Dicitur
aũt sobrius a se ⁊ bria: quasi secũ habẽs briaz.
id est mẽsurã. ⁊ ebrius quasi extra briã. Ter
tio sapiẽtia est defensatrix ꝑ potentiã. Et q̃ntuz
ad hoc subdit. Et custodiet me in sua potentia
ab oĩ aduersitate: videlicet ne vitiose succũbã.
In ꝑs. Domin⁹ custodit te ab omni malo.
Quarto sapiẽtia est mediatrix ꝑ amicitiaz. Et
q̃ntũ ad hoc subdit: Et erũt accepta opa mea.
Istud ꝓprie facit homini xp̃us qui ẽ sapientia
dei patris. Nã ꝑ meritũ xp̃i omnia opa nostra
bona sunt deo accepta. ad Titum. ij. Dedit se
metipm ꝓ nobis vt nos redimeret ab oĩ iniq-
tate ⁊ mundaret sibi ꝑplm acceptabilẽ bonorũ
opm sectatorẽ. Quinto sapia est moderatrix
ꝑ iusticiã. Facit eñi hominẽ iuste regere subiec
tos. Et q̃ntũ ad hoc subiũgit sic. Disponã ꝑplm
tuũ iuste. Notanter dicit populũ tuũ nõ meũ.
Quãdo homines bene viuũt: tũc dñs vocat
eos ꝑplm suũ. quãdo male: tũc sunt populi ho
minũ. Unde de⁹ legitur signãter dixisse Moy
si. Exo. xxxij. qñ filij isrl' fecerant sibi vitulũ cõ-
flatilẽ Moyse existẽte cũ dño in mõte: vade de
scẽde peccauit ꝑpls tu⁹ quẽ eduxi de terra egy
pti. Qñ vero hoĩes bene se habẽt tũc sunt ꝑpli
dei. In ꝑs. Attendite popule me⁹ legẽ meam
inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Finali
ter ergo in lra infert Salomõ ex his oibus cõ-

clusionez istã. Et ero dignus sediũ patris mei
q. d. Si sic mihi ꝯcesseri sapiam quã imploro:
ero dign⁹ regia sede quã tenuit pater me⁹ da-
uid in regno ꝑñti: ⁊ sedib⁹ patris mei ꝑ remu-
nerationẽ futurã i regno celesti. Deducet me

B

in operib⁹ meis sobrie. Notandũ est ꝙ triplex
in scriptura sacra inuenit̃ sobrietas necessaria
virtuoso. Debet eñi virtuosus habere talẽ vt
sit scientia sine ꝑsumptione in parte intellecti-
ua: vt sit cõtinẽtia sine dissolutiõe in pte sensiti
ua: vt sit abstinẽtia sine igurgitatiõe in pte nu-
tritiua. Primo ergo necessaria est virtuoso so-
brietas in scientiolib⁹ vt sit sciẽtis sine ꝑsumpti
one. Et hãc suadet Aplš. Roma. xij. Dico eñi
ꝑ gr̃am que data est mihi oibus qui sunt inter
vos si plus sapere q̃ꝫ oportet: sed sapere ad so-
brietatẽ. Sene. ad Lucillũ epl'a. cxxv. ⁊ est vlti
ma ad Lucillũ. Plus scire velle: q̃ꝫ sit sati. intẽ-
perantie genus est. Et epl'a. xix. dicit sic. Quẽ-
admodũ aliaꝝ rerũ ita lraꝝ intẽperantia labo-
ram⁹: nõ vite ẜ schole discim us. Nõ faciũt iste
doctrine bonos ẜ doctos. Et subdit: Pauci sa
nis eñi est. i. cõtingũt ad mentẽ bonã pauci vti
lr̃is. Hui⁹ aũt sobrietati ꝯtrariũ est ebrietas ꝑ-
sumptionis qua aliqs sniam sui ꝓprij sensus
nimis approbat ⁊ eã ꝑponderat sentẽtijs meli-
orũ. Talis autẽ ꝑsumptuosi hois signa docet
Bern. li. suo de. xij. gradib⁹ humilitati. Et lo-
quit̃ de monacho ꝑsumptuoso dicens. Prim⁹
inquit in ꝯuentu residet: in ꝯsilijs prim⁹ respõ
det: nõ vocat⁹ accedit: nõ iussus se intromittit:
reordinat ordinata: reficit facta: quicqḋ ipe nõ
fecit: aut nõ ordinauit: aut nõ recte factuz: nec
pulchre estimat ordinatũ. Iudicat iudicãtes:
ꝑiudicat iudicaturis: hec ibi. Hmõi ꝯditiones
docet Arist. vij. ethi. ca. xij. Vbi dic̃ ꝙ quidaz
sũt nimis inmãsiui ꝓprie opinioni: ⁊ sũt ita ꝑti
naces ꝙ nullo mõ a suis opinionib⁹ auellunt̃.
Et tales vocat ibidẽ grece ischyromones ab is
chyros quod ẽ fortis: ⁊ gnome qḋ ẽ cognitio:
q̃si fortit̃ sue opinioĩ vel cognitioni intẽdẽtes.
Et istis attribuit quattuor cõditiones. Primo
qḋ se habẽt ad ꝯtinentẽ sicut ꝓdigus ad libe-
ralẽ. ⁊ audax ad fortẽ. Cõtinẽs eñi apḋ Arist.
vocat̃ qui cõtra oẽs passiões manet fixus in ẜ
tute ẜm rectã rationẽ semꝑ imobilis. Ischyro-
nomõ aũt hoc habet tñ de ꝯtinẽte qḋ manet
imobilis et imobilit̃ adheret. Hoc aũt nõ ẽ vir

C

tuosuz ẜm se: sed qñ fit ẜm rectã rõnem. Vñ sic
ꝓdigus excedit liberalem: qꝛ dat plus q̃ꝫ opor
tet. Ita iste ꝑsumptuosus excedit cõstantẽ vir-
tuose quẽ vocat ph̃us ꝯtinentẽ: qꝛ adheret pl⁹
q̃ꝫ oportet sensui suo ꝓprio. Scḋo dicit Arist.
de talib⁹ qḋ sunt indisciplinati quia nolunt ab
aliquo instrui. Tertio sunt agrestes quia cuz
semꝑ velint seq̃ ꝓpriũ sensum: nõ ꝑñt de facili
cõmorari cum alijs hoibus: ⁊ necesse habẽt fie
ri solitarij ⁊ parũ cõmunicãtes cum alijs. Oĩs

enī homo qui vult amicabiliter cū alijs cōuersari: debet se eis multipliciter cōformare. Unū cū Allexander regnū psarū esset adeptus: statim relicta forma macedonū in habitu et vestitu pformauit se persis: vt sic eorū beniuolentiam captaret. Omnis enī singularis fit eo ipso odiosus. Et ideo bene dicit Salustiꝰ sicut Albertꝰ. iij. polit. recitat istos versus: Cōsulo quisquis eris qui paci federa queris: Cōsonꝰ esto lupis cū quibus esse cupis. Hec est ꝙ sobrietas pmo modo dicta scīētia sine pſumptione in pte intellectiua. Scđa est cōtinentia sine dissolutione in parte sensitiua: ⁊ ista sobrietas est ordinata modestia sēsuū exteriorū: vt nihil vagementis appareat: nihil libidinosuꝫ sed totū sit religiosum. Et huiꝰ cōtrariū est ebrietas dissolutionis que est via insolentis gestꝰ ⁊ ornatꝰ in homine exteriori. Istā sobrietatē in gestu morū. Aplūs. j. Thi. ij. notat: vbi dicit sic. Uolo viros orare in omni loco leuātes manꝰ puras sine ira ⁊ disceptatiōe. Similiť ⁊ mulieres in habitu ⁊ ornatu cū verecūdia ⁊ sobrietate. De ista sobrietate dicit Augꝰ. in regľa: In omnibꝰ motibꝰ vestrī nihil fiat qđ cuiꝙ offendat aspectū: ꝫ qđ vestrā deceat sanctitatē. Et Ambro. de officijs. li. ij. dicit sic. Sermones pferamꝰ libra iusticie examinatos: vt sit grauitas in sensu: in sermōe pōdus: atꝙ i ꝟbis modꝰ. Tēpantia cordis habeat animi mundiciaꝫ: iusticia misericordiam: prudētia pacē: fortitudo mansuetudinē. Hec Ambro. Ista sobrietate carēt dissoluti ⁊ voluptuosi iuuenes ꝗdiu sunt sani ⁊ incolumes ꝗ ꝓpter corpia caliditatē ⁊ ai leuitatē infra sem enpos nō pñt cōsistere: ꝫ si febre corripiūť p vnā hebdomadā vľ duas: statim fiunt sobrij saltē ad tps. Et ideo signāter Eccl. xxxj. dicit: Infirmitas grauis sobriā fac aīam.

D Tertia sobrietas ē abstinētia sine ingurgitatione in pte nutritiua. Et sic de ea loquiť Aplūs ꝯsequenter ad Titū. ij. Sobrie ⁊ pie ⁊ iuste viuamꝰ in ħ seculo. Sobrie ad nosmetpos. Juste ad pximos. ⁊ pie ad deū ⁊ sanctos. De hac sobrietate Greg. omel. xxxvij. Sobrietas oīm ꝟtutū mať ē. Et ecōtra ebrietas mater oīm viciorū. Hec ē denudatrix oīm secretorū. infatuatrix sensatorū. alligatrix robustorū. ⁊ lpatrix sanguinorū. Primo ē denudatrix secretorū. Unū Sene. ad Luciliū epľa. lxxxiij. Queadmodū musto ipa dolia rūpunť. ⁊ oē qđ in imo iacet in summā partē vasis vis caloris eructat: sic vino estuante ꝗcquid in imo iacet abditū: efferť ⁊ pdit in mediū. Et hec ē vna cā q̄re specialr regibus ꝓhibeť vinū ꝗrū est celare ꝯsilia. Nihil ē. n. ita piculosum reipublice sicē ebrietas in rege. A tali nāꝙ pncipe vltiones indebite ⁊ pcipites irrogant. ꝯsultatiōes accepte in iniuriā aliorū incaute reueláť. ordinationes ꝓcesse ⁊ vtiles reipublice retractanť. Et iđ signāter dicit Prou. xxxj. ⁊ vlti. Noli regibus O Lamuel noli regibus dare vinū: qꝛ nullū secretū ē vbi regnat ebrietas. Narrat valeriꝰ maximꝰ li. vj. ca. ij. ꝙ mulier quedā innocēa dānata fuit a Philippo rege macedonū temulento: ꝗ ꝓpter innocētie ꝯsciā clamauit. Prouocarē inquit a rege Philippo ebrio ad eūdē sobriū si esset. Quo verbo excussit regi ebrietatē: qui cām sobrius diligēter inspexit: ⁊ mulierē liberam a pena dimisit. In signū vero ꝙ ebrietas est denudatrix secretorū: legimꝰ Geñ. ix. ꝙ Noe pmo plātauit vineam. ⁊ bibēs vinū inebriatꝰ est. ⁊ cū postea dormiret iacuit denudatꝰ ⁊ a filio ꝓprio derisus ē. Secūdo ebrietas est infatuatrix sensatorū. Unū Augꝰ. in li. ad sacras virgines. In ebrijs nulla ratio: nullū gerende vite ꝯsiliū: nō gestoruꝫ aut lectionū memoria: nec vlla artiū aut industrie prudētia. Et ideo nullus de sua ꝯfidat scientia si ebrietati succūbat. Esaie. xxviij. Sacerdos ⁊ ꝓpha nescieꝛt ꝑ ebrietate: absorpti sunt a vino: errauerūt in ebrietate. Et ideo in antiq̄ lege sacerdotibus fuit ꝓhibitū ne biberent vinum qñ ingressuri erant tabernaculū ad ministrādū. Leui. x. Uinū ⁊ omne qđ inebriare potest nō biberis tu ⁊ filij tui qñ intrabitis in tabernaculū testimonij. Tertio ebrietas est alligatrix fortiū vel robustorū. Facit enī de homine bestiā: de robusto infirmū: de prudente insanū. Exemplū de holoferne fortissimo quem nimia ebrietate sopituꝫ Judith vidua gladio ꝓprio interemit. Judith. xiij. Exēplū habemꝰ de Alexādro: đ ꝗ dič Sene. epľa. lxxxiij. ꝙ eū in tot plijs inuictū intpantia bibēdi deuicit. ⁊ ille herculaneꝰ ac fatalis cyphꝰ submersit. Propter hoc philosophi veteres: sicut dicit Papias vinū vocabant venenū. Sed postꝗ inuentus est virꝰ letiferi succꝰ: hoc vinū: illud venenum dictum est. Et infra. Uinum inquit sobrie potatū sanitatē dat: ⁊ auget prudentiā. imoderate sumptū ad vitia causas pstat. Deus enī creaturā dedit: abūdantiā aūt humano arbitrio reseruauit: vt parsimonia nature esset i magisterio sobrietati: abundātie vitiū: ipsum ꝙ temulentū sibi ꝯscriberet hūsia pditio. Quarto ebrietas est imperatrix flagitiorū. vt ꝓbat ira: arma ⁊ ictus: libido: verba ⁊ tactꝰ. tunc ardor nimius: pudor nullus. Exemplū habemꝰ de Loth. Geñ. xix. qui per ebrietatē cū vtraꝙ filia cōmisit incestū. Exēplū quo ad irā de Alexādro magno: ꝗ Clitū amicū sibi carissimū atꝙ fidelissimū inter epulas cutello trāsfodit. Et intellecto facinore mori voluit. Uoluit enī seipm interficere nisi ab amicis suis pueníꝰ fuisset. Rusticus quidā inebriatꝰ redit domū: ⁊ de quolibet vno qđ videbat apparebant sibi duo. Cōsiderās ergo duos filios suos: putabat eos esse ꝗtuor. Et iponens vxori ꝙ haberet quattuor filios: ipaꝙ negāte: iussit ꝙ se purgaret. ⁊

ꝓcipit cultrꝫ. hoc ē vomerē afferri ꝛ poni in ig
nē. ꝛ dixit vxori sue ꝙ oīno portaret ferrū igni
tum. Illa vt eno prudētia feminea: respōdit: ꝙ
libenter hoc faceret: si tñ primo ferrū ignitū in
sibi traderet. Ille aūt fatuus oīno ignitum fer
rū accepit in manib⁹ ꝛ excoriauit se pessime: et
ad sobrietatē se reduxit ꝛ errorē ꝓpriū recog
nouit cōtinuo. Et ideo signāter dicitur de om
nibus talib⁹. Job. xij. Palpabūt quasi in tene
bris ꝛ nō in luce: ꝛ errare eos faciet quasi ebri
os. Lectio. CXXII

q **Uis enim hominū**

poterit scire cōsiliū dei? Aut quis pote
rit cogitare qd velit deus? Cogitationes enim
mortaliū timide: ꝛ incerte ꝓuidentie nr̄e. Cor
pus eñ qd corrūpitur aggrauat animā: ꝛ dep
mit terrena inhabitatio sensum multa cogitā
tē. Postq̄ꝫ Salomō deuote supplicauit deo
ꝓ sapiētia impetrāda: ꝛ sue petitionis declara
uit vtilitatē. In ista pte iterato manifestat sue
supplicatiōis necessitatē. Est aūt necessitas ma
xima ad supplicandū deo ꝓ sapientia qua diri
gitur ignorātia nostra in agēdis: Juxta illud
ij. Paralip. xx. Cū ignorem⁹ qd agere debea
mus: hoc solū habemus residui vt oculos no
stros dirigamus ad te. Istā ergo ignorantiaꝫ
nostrā allegādo ostendit hebetudinē nostrā tā
in naturalibus q̄ꝫ supnaturalib⁹ cognoscēdis.
Licet. n. ex cognitiōe creaturaꝝ assurgere pos
simus aliqualiter in dei noticiā quātū ad mul
ta: videlꝫ ꝙ potēs ꝫ bonus: oīpotens ꝛ demēs
est: Juxta illud ad Roma. j. Inuisibilia eñ ip
sius a creatura mūdi p ea que facta sunt intel
periret supbi gigantes. Spes eni orbis terraꝝ ⁊ ratē cōfugiens remisit seculo semē natiuitatis: q in manu tua erat gubernata. Bn̄dictū est eni lignū ꝑ qd̄ fit iusticia. Per man⁹ aūt quod fit idolū maledictum ē ⁊ ipsū ⁊ q fecit illud: qr ille quidē opat⁹ ē: illd̄ autē cū esset fragile. deus cognominat⁹ est. Similit aūt odio sunt deo: impius ⁊ ipietas ei⁹. Eteni quod factū est cū illo qui fecit: tormenta patiet. Posita cōpatione inter idolū ⁊ nauigium: prosequit spiritussanct⁹ de cōmēdatiōe nauis vel arce diuinitus ordinate. Et circa hoc duo facit. Nā primo ostēdit q nauis meret humanā benedictionē. Scd̃o q idolū meret humanam maledictionē. scd̃a pars ibi. Per manus aūt. Circa pmū duo facit. qr pmo ponit ipsius arce noe debite saluationis officiū. Secundo ex hoc infert q ei debet merito benedictionis beneficiū. scd̃a pars ibi. Benedictū est lignū. Dicit igitur. Sed ⁊ ab initio. id est parꝫ post mundi exordiuz: qr in principio scd̄e etatis seculi sub noe cum perirent superbi gigantes in quo notat perditionis peccatorū causa ⁊ ratio. Erāt eni superbi terreni carnales ⁊ luxuriosi. Esa. xxvj. Terram gigantū detrahas in ruinā. Spes orbis terrarū. i. seminariū generis hūani: noe vicz filij ei⁹ vxor ei⁹ ⁊ vxores filioꝝ ei⁹. ad ratē. i. arcā refugiens remisit seculo semen natiuitatis. i. seminariū ꝑpagationis qd̄ mundo fuit fere subtractū cū nō staret nisi i octo ꝑsonis q scilicet ratis vel arca manu tua id ē potentia gubnata erat. Et ideo merito debet illud lignū ab homib⁹ bn̄ dici. Un̄ subdit. Benedictū eni lignū ꝑ quod fit iusticia. Bn̄dictum. id est benedictione dignū: lignū in qz. id est arca ꝑ qd̄ fit iusticia. id ē salus ⁊ cōseruatio iustorū pereuntib⁹ malis. Un̄ dixit dominus ad noe Gen. vij. Te eni vidi iustū coraz me in generatione hac. Sicut autem illud lignum quod est arca dignū fuit benedictione. Ita lignū qd̄ est idolū est dignū maledictione ꝑpter duo. Tum ratione faciētis qui peccauit fabricando: qr deus ꝑhibuit fabricari. Deut. xxvij Maledictus homo qui facit sculptile ⁊ cōflatile. Tum rōne rei facte q indigne cognominat deus in ꝑiudiciū maiestatis eterne. id est diuine. Dicit ergo cōstruendo textū sic. Idolū autē qd̄ fit ꝑ man⁹ maledictū est ⁊ ipsū scz idolum ⁊ qui fecit illd̄. Et subdit rōnez dicēs. qr male q dē opatus est id qd̄ licuit. Illud autē cum esset fragile deus cognominat⁹ est. Un̄ seqt. Similr autē odio sunt deo impius ⁊ impietas eius. i. idolatra ⁊ idolū suū. Ubi notandū q idolū accipit tripliciter i ꝑcessu isto. Uno mō ꝑ materia figurata lignea vel lapidea vl' metallica ⁊ sic verꝫ ē q idolū ē aliqd. scd̄o mō accipit ꝑ diabolo presidente tali idolo ⁊ sic etiā est aliqd. Tertio mō accipit idolū quasi ꝑ quodā ꝯposito ex demone ⁊ materia figurata: sicut hō cōponit ex corpore ⁊ anima. Et sic loquit apls. j. Cor. viij. Scimus q nihil ē idoluz in mūdo. Scd̄o mō accipit idolū cōmuniter in littera cū subinfertur. Eteni qd̄ factuz est. id est diabolus qui dicit idolū scd̄o modo: ⁊ presidet illi qd̄ factuz ē. i. materie figurate cū illo q fecit tormēta patietur in inferno. Circa illā clausulā videlicz benedictū lignū per qd̄ fit iusticia. Notanduz est q in ligno crucis multiplex iusticia facta fuit. Primo quia homo rependit qd̄ abstulerat Diabolus deuincitur per illud in quo vicerat Primo ergo hō repēdit quod abstulerat. Iu-

stum est eni qd scdm formã τ quãtitatẽ delicti
fiat emendatio cũ restitutione ablati. Hõ autẽ
fructũ vetitũ acceperat ab arbore. τ hõ christ⁹
fructũ vite restituit arbori. Homo delectat⁹ ẽ
in omni suo sensu illicite. τ homo xps punit⁹
est in omni suo sensu iniuste. Penã eni habuit
quo ad tactũ in flagellatione crucifixione τ co-
ronatione. Quo ad visũ cõsiderãdo matrẽ la
chrymantẽ τ discipulũ quẽ diligebat: τ iudeos
insultantes. Quo ad auditũ. Audiuit eni op-
probria τ blasphemias. Si filius dei es descẽ-
de nũc de cruce τ multa alia. Quo ad tactũ. Gu
stauit eni acetũ cũ felle mixtum. Quo ad olfa-
ctũ. Odoratus est sputorũ fetorẽ. Esaie. l. Fa
ciem meã nõ auerti ab increpantib⁹ τ cõspuen
tib⁹ in me. De ista iusticia dicit Ro. v. Sicut p
vnius delictũ in omnes hoies cõdemnatio ve
nit: ita p vnius iusticiã in omnes hoies iustifi-
catio vite. Scdo iustũ fuit vt sicut diabol⁹ ho-
minẽ in ligno deceperat τ vicerat: p lignũ falle
retur τ vinceret scdm illud ouidij. Iust⁹ vter-
qz fuit: nec ẽ lex equior vlla: Q necis artificez
arte perire sua. In ps. Iustus dominus in om
nib⁹ vijs suis. Ergo bñdictuz lignum crucis p
qd fit iusticia. De hac iusticia loquit magister
sententiarũ. lib. iij. di. xx. reddens rationem
quare xps voluit nos sic liberare nõ potentia
s iusticia. Ideo inquit potẽtia vincere noluit:
qz diabolus vitio peruersitatis sue amator est
potentie et desertor oppugnatorqz iusticie. In
quo illi homines eũ magis imitant q neglecta
vel etiam posita iusticia potẽtie magis studẽt.
eiusqz adeptione letant vel cupiditate inflãma
tur: Ideo placuit deo vt nõ potẽtia sed iusticia
vinceñs hoiez erueret. in q hõ imitari eũ disce-
ret. Igit bñdictũ lignũ p qd fit iusticia. Lignũ
nãqz crucis bñdictione dignũ ẽ. Ipsuz eni est
C pons p quẽ xps trãsiuit: lectus in q xps dormi
uit: scala p quã xpo ascẽdit. libra in q redemp-
tio nostra pependit. Primo ergo ipsa crux est
pons p quẽ xpo transiuit fluuiũ mundane va
nitatis: τ sup quẽ calcare debem⁹ pedib⁹ affe
ctionis vt nos supportet a fluctib⁹ mundãtib⁹
peccatorũ. Et sic quilibet cõtemnens pontem
periclitat τ submergit: ita quilibet q non sup-
portat a cruce nec ei innitit saluari nõ potest.
j. Cor. j. Verbũ eni crucis pereuntib⁹ qdẽ stulti
cia ẽ: his aũt q salui fiũt. id ẽ nobis vir t⁹ dei est
Vñ de cruce põt exponi illud. Sap. x. Cuz aq
deleret terrã saluauit iterũ sapia p contẽptibile
lignũ iustũ gubernãs. Vñ maxim⁹ in smone
de martyrib⁹. Crux inqt nõ solũ intelligat lig-
nũ patibuli s pie vite xtutisqz ppositũ. Vnde
ois xpiani vita. q scdm euangeliũ vixerit crux
estqz atqz martyriũ. Iste est pons fixus τ imobi-
lis. Sẽ pons q leuat τ attrahit de nocte. Vñ q
voluerit sup istũ pontẽ transire: oportet qz ve
niat de die. Dies est vita nostra: mors est nox.
Pons crucis penitẽtie eleuat τ subtrahit a pe
dib⁹ nostris i morte. Quare scribit Eccl. xvij.
Cõfitere domino ante mortẽ. A mortuo qsi ni
hil perit cõfessio. Hoc est figuratu ligium qd
dñs ostẽdit moysi. Exod. xv. Cũ eni pplus ve-
nisset in Ramatha τ inuenissent aqs ita amar-
ras qz eas nullo mõ bibere potuerunt: clama-
uit moyses ad dñm. Qui ostendit ei lignũ. qd
cum immissuz fuisset in aquas: dulcorate sunt
aque τ facte sũt potabiles. Isto mõ moraliter
si quecunqz penitẽtia in hac vita nobis amara
videat: iungat lignũ crucis. id est recogitet qd
ibi p assus est xps: τ fiet dulce nobis qcquid p
eo biberim⁹. Vñ Isid. de sũmo bono sic inqt.
Si passio redemptoris ad memoriaz reducat
nihil tam durũ qd nõ equo aio toleret. Parũ
eni toleram⁹ si recordamur qd biberit ad pati
bulũ q nos inuitat ad celũ. Ille eniz opprobria
cõtumelias: irrisiones: alapas: sputa: flagella:
spineam coronã: crucẽqz sustinuit. Et nos mi-
seri ad nostrã confusionẽ vno sermone fatiga
mur: vno verbo deijcimur. Scdo lignũ cru D
cis est lectus in quo christ⁹ dormiuit. Quãdo
eni aliqui domini reclinãt se in meridie ad dor
miendum in estate: solent fenestre thalami sui
claudi vt quietius dormiant. Isto mõ quãdo
fatigatus xps de misera ista vita: dormire vo-
lebat in lecto crucis: fenestra mundi videbat
clausa quãdo facte sũt tenebre sup vniuersam
terrã a sexta hora vsqz horã nonã: vt de eo me-
rito dicat illud. ij. Paral. xxiij. Occiderũt eũ
in lectulo suo τ mortu⁹ ẽ. Vbi fuerũt duo in le
cto vno. Diuinitas τ humãitas. Vna assume-
bat ad penaz: alia relinquebat libera. qz pati
nõ potuit. Et bñ pt lignũ cruci vocari lectul⁹ τ nõ
pfect lect⁹. Nam ita strictuz fuit τ breue qz nec
habuit vbi caput suũ reclinaret: nec vbi genua
posset reclinare. Vnde de eo põt exponi illud
Geñ. l. de Jacob. Finitis mãdatis qbus filios
instruebat: collegit pedes suos sup lectulum τ
obijt. Hoc sunt ferculũ qd fecit sibi Salamõ de
lignis libani Cañ. iij. τ dicit ferculũ a fero fert
nõ p ferculo escarũ: s ẽ gen⁹ vehiculi qd vulgo
lectica dr. Tertio lignum cruci ẽ scala per quã
christus ascendit. Ascendit eniz sic Jonathas
reptans manib⁹ τ pedibus. j. Reg. xiiij. Hec
est scala quã Jacob vidit in somnis cuius cacu
men attingebat celum: angelos quoqz dei vi-
dit ascendentes τ descendentes et dominũ in
nixum scale Geñ. xxviij. Super istam scalam
oportet ascendere si ad celum velimus venire
nec ad verã gloriã alia via patet: τ propter qd
dicebat aplus ad Gal. vj. Mihi aũt absit glo-
riari nisi in cruce τc. Quarto lignũ crucis ẽ
libra in qua nostra redemptio pependit. Diui
tes τ nobiles quando pecuniã soluunt in ma-
gna quãtitate nõ numerant: sed ponderant si-
ue librant. Pauperes eni sp numerãt. Tamẽ st

virtus fiat de pecunia. vicz q̃ ponderent et numerent: tunc pōt oīno cōstare de q̄ntitate. Nā possibile ē q̃ certus numerus denarioꝝ. puta. xx. solidi deficiāt a libra in pōdere. Et iterū possibile ē q̃ aliq̄ñ. xix. solidi ponderant vnā librā: ℞ deficiāt in numero. Et quia apud xp̄m facta est copiosa nostra redēptio: voluit nō solū numerari. iux̄ illud ps̄. Dinumerauerūt oīa ossa mea. imo voluit pōderari vt ostenderet nobis illō Eccī. vj. Amico fideli nulla ē cōparatio. Et nō ē digna ponderatio auri et argenti cōtra bonitatē fidei illius. Ponebat ergo xp̄s q̄si in vno appendiculo libre et hō peccator in alio. et inuentū ē q̃ sicut xp̄s sufficientissime ponderosū realiter descēdit ad mediū qd̄ ē simpliciter deorsū. q̄ñ anima coniuncta deitati descendit ad infernū qui ē circa centrū mundi. Et quanto ipe descēdit tanto hoiem peccatorē exaltauit: videlicet vsq̃ ad celum: ⁊ sic verificabat illud Ezec. xvij. Humiliaui lignum sublime et exaltaui lignum humile.

Lectio. CLXII.

p Ropter hoc et in

idolis nationū non erit respectus. q̄m creature dei in odiū facte sunt et in temptationē aīe hoim et in muscipulā pedib⁹ insipientium. Initiū eni fornicatiōis ē exq̄sitio idoloꝝ et adinuentio illoꝝ corruptio vite est. Neq̃ n. erant ab initio: neq̃ erūt imperpetuū: supuacuitas eni hoim hec adinuenit in orbē terraꝝ: ⁊ iō breuis illoꝝ finis adinuentus ē. Postq̄ reprobata ē idolatrarū fatuitas ꝑpter idoli inutilitatē. In ista pte p̄dicat culpe coꝝ irremissibilitatē. Et circa hoc tria facit. Primo p̄dicat eorū iustā punitionē. Scd̄o allegat penerōēz: et tertio ponit rōis ꝓbatiōē. scd̄a ps ibi. Qm̄ creature dei ⁊c. tertia ps ibi. Initiū fornicatiōis. Dicit ergo p̄mo sic. ꝑpter hoc videlicet q̃ idolatre sūt odibiles deo. Idō et idolis nationū. i. demōib⁹ p̄sidentib⁹ idolis apud diuersas natiōes non erit respectus misericordie. Abachuc. j. Mūdi sūt oculi tui ne videas malum ⁊ respicere ad iniquitatē nō poteris. Et rō huius subdit. q: ꝑ abusū hoim et instigatiōēz demonū: creature dei que facte sunt et ordinate fuerūt ad honorē dei et ꝑfectū hoim conuerse sunt in odium dei. vt deus ꝑpter illas in odium habeat ⁊ homines decipiāt et pdant. ⁊ hoc est qd̄ dicit. q̄m creature in odiū dei facte sūt. nō q̃ creatura in idolo odiat a deo. q̄ nihil odit eoꝝ q̄ fecit: ℞ q: ꝑ suggestiōēz diaboli factū ē idolū i odiū dei. i. vt de⁹ odiat dū honor sibi debit⁹ subtrahit ⁊ idolo iōendit. Et in tēptatiōēz aīe. i. aīab⁹. hoim et in muscipulā scz deceptiōis pedib⁹ isipientiū.

A Et hec ē cā q̄re idolis nationū nō ē respectus. Et q̃ hec cā sit vera: ꝓbat: q: initiū fornicationis aie recedentis a deo. est exq̄sitio idoloꝝ et adinuentio illoꝝ corruptio vite ē. vite videlicz creature rōnalis que ad cultū dei veri ē ordiata naturalr̄. Fornicatio fm̄ Papiā dicit a forniz: fornicio q̄ ē arcus vl̄ curuatura in pariete vel edificio: q: in talib⁹ locis meretrices ꝓstituebant. Est eni fornicatio amor a legitimo cōnubio solutus et vag⁹ explēde libidinis conscerādeq̃ licētia. Scripture aūt solent vocare fornicatiōē oēm illicitā corruptiōēz: sicut ē idolatria ⁊ auaricia: ex q̄bus fit trāsgressio legis diuine fm̄ illud. Perdeo oēs q̄ fornicāt abs te. Hec Papias. Qd̄ aūt adinuēta fuerūt ꝓbat. q: si fuissēt ꝑ diuinā ꝓductiōnē: fuissēt int̄ opa sex dieꝝ: qd̄ nō ē vez. Manerēt etiā sp̄ qd̄ planū ē eē falsū: q: destruent aīi fine mūdi. Et hoc ē qd̄ subdit. Neq̃ eni erāt ab initiō: neq̃ erūt ippetuū. Eni ꝑ q: q: supuacuitas. i. vana hoim ociositas h̄ adinuenit in orbē terraꝝ. Et iō breuis illoꝝ finis adinuent⁹ ē. Opa eni dei pseuerāt in eternū: opa hoim habebūt finē. Actu. v. de verbis gamalielis. Si est ex hominibus consiliū. hoc aūt opus cito dissoluet. Si ꝟo ex deo: nō poteritis dissoluere illud ⁊c. Sic q̄ p̄mo tāgit adinuentio idoloꝝ in genere: sed cōsequēt ꝓsequit de eoꝝ adinuentiōe in specie. Circa illā clausulam. Initiū fornicationis: est exq̄sitio idolorū. sciendū q̃ moraliter loquēdo quatuor genera idoloꝝ in ecclesia repiun⁹. videlicz idolū trāsparentie et figuratiue simulatiōis. idolū cōcupiscentie et pecuniatiue cōgregatiōis. idolū negligētie et defectiue platiōis. idolū incontinentie et allectiue cōpositionis. Primū q̄ idolū designat simulatores ⁊ hypocritas. Secūdū collectores et pecuniarchas. Tertiū rectores: ℞ idiotas. Quartū designat mulierculas lubricas ⁊ lasciuas. Primo q̄ hypocrita cōparat idolo. Sicut eni idolū habet extrinsec⁹ effigiē hominis viui: ℞ caret corde intrinsecus et oibus partibus spiritualibus: ita tales videntur viuere vita gratie: et tamen interius mortui sūt in corde per peccatū. Hi plerūq̃ lapsos damnant ⁊ iudicant sine cōpassione. vt eo rectiores et iusticiores credātur: quo in reos seueriores monstrantur. De tali bene dicit Hierony. in q̄dam epistola. Intus nero et foris catho totus ambiguus: mōstrū est velut quedam bestia cōficta que vocatur chymera. Et q: tales nōnūq̃ inueniūt in statib⁹ et gradibus ecclesiastic̄ merito conqueritur dominus per ꝓphetam Hieremiā. xxxij. Posuerūt idola in domo in qua inuocatum est nomē meū et polluerūt eā. Cōtra tales existentes in religione q̄ habit⁹ sanctitatē putāt sibi sufficere dicitur metrice. Ampla corona nimia: nigra vestis: bota rotūda. Nō faciunt monachum sed mens a crimine munda. Secundum genus idolorum est concupiscentie et pecuniatiue congregationis. De quo dicitur Osee. viij. Argentum suum et

B

aurũ fecerũt sibi idola vt interirẽt. Hoc scʒ mam
mon dicit̃ qδ adorant auari. Unde ⁊ auaricia
idolor̃ seruit⁹ appellat̃. Ephes. v. Glosa. Istõ
idolũ auarũ significat cuius de⁹ nummus ẽ. Ta
lis numum adorat et colit vt deũ. Diligit eniʒ
numum plus q̃ se: sicut xp̃ianus debet dilige-
re xp̃m. Hoc patet: q2 aiam suã ponit p̱ pecu-
nia acquirẽda et nõ põt maiorẽ dilectionẽ ostẽ
dere: testante saluatore Joh. xv. Maiorẽ hac
dilectnõʒ nemo habet vt aiam suaʒ q̃s ponat p̱
amicis suis. Sed tãtũ amare pecuniã q̃tũ deũ
iniquũ est valde. Un̄ Ecc̃i. x. Nihil iniquius q̃
amare pecuniã. Hic eni habet venalẽ aiam su
am p̱ pecunia. Nã illã cõtinue cõtẽplat̃ et d ea
frequẽter meditat̃. Un̄ Gen̄. xlij. Cõtẽplan se
pecuniã in ore sacci. Tales pecuniarũ amato-
res a pecunia sua nũq̃ sponte separantur. sed
cor cor̃ soluʒ in pecunia requiescit. Mathei. vj.
Ubi est thesaur⁹ tu⁹ ibi ⁊ cor tuũ. Quia pecu-
nie sue obedientiã seruat magis q̃ deo, et iõ in
infernũ descendit. Ecc̃s. x. Pecunie obediunt
oĩa: et i fine descẽdũt ad iferna decepti. Amos
ij. Deceperũt eos idola sua post q̃ abierũt pa
tres eor̃. Hoc ẽ q̃ idolũ cõcupiscẽtie et pecu-
niatiue cõgregatiõis. Arist. j. polit. distinguit
triplicẽ pecuniatiõeʒ. Naturalẽ. Campsoriã vl̃
obolestaticã. ⁊ vsurariã. Pecuniatio naturalis
cõsistit in cõmutatiõe fructuũ et aialiũ et rerũ
naturaliũ p̱ pecuniã. et hec ẽ ps iconomice et
laudabilis. Pecuniatio campsoria ẽ circa com
mutationẽ numismatum et a numismate inci-
pit et in numisma terminat̃. Et hec ẽ vitupabil'
si fiat p̱pter lucrũ suũ p̱priũ: q2 nõ vtit̃ pecunia
ad finẽ suũ debitũ. Pecuniatiõ natural' vel ico-
nomica etiã cõsistit in cõmutatiõe rei naturalis
p̱ pecunia. et hec est laudabilis et ps iconomi-
ce vel politice. Campsoria q̃ est duplex. scʒ: Ob
olestatica q̃ ẽ circa cõmutatiões numismatum
vbi vna mõeta cõmutat̃ p̱ alia. et hec ẽ vitupa
bilis et innaturalis: q2 nõ vtit̃ pecunia ad finẽ
suũ. Alia ↄ̃o ẽ vsuraria et hec ẽ odibilis et ma-
xime abominabilis: q2 finis ⁊ fruct⁹ pecunie ẽ
eius vsus. ⁊ iõ q̃ cõcedit alteri pecuniã: cõcedit
sibi vsuʒ: et q2 p̱ vsu petit: de alieno petit. et iõ
peccat. Terciũ genus idolor̃ ẽ idolũ negli-
gentie et defectiue platiõis: hoc idolũ bñ reci-
pit honores et nihil valet: ponit̃ in loco solẽni:
et nihil virtutis habet. portat gladiũ vel hastã
et nũq̃ pcutit seu castigat. Eodẽ mõ plat⁹ neg
ligens recipit honores et ponit̃ in loco solẽni
et habet auctoritatẽ corrigẽdi defect⁹ ⁊ nihil fa
cit. imo sicut videm⁹ q̃ passeres et aues alie fe-
dant sup caput idoli nõ obstãte gladio suo ver
santi. ita nõnũq̃ dissoluti ⁊ lascivi fedant et re-
q̃escũt sup caput plati. Tales sũt sibi familiares
servientes et cõsiliarij et ab eo supportat̃ a q̃ de
berent argui et puniri. Un̄ ipi cũ fecib⁹ fedãt:
q̃ culpis suis dãnabilẽ eum p̱bant. Talip̱ re-

lato dicit̃ Zacharie. xj. O pastor et idolũ dere
linquens gregẽ. Aulus gelius noctiũ actica
rũ lib. vij. et ponit Thaurus in cõmento suo
sup Platonẽ. Puniendis pctis tres ẽẽ causas
existimatũ est. Una q̃n adhibet̃ pena castigan-
di et emendãdi grã vt is q̃ delĩqt attentior fiat
correctiorq̃. Alia condignitas et autoritas in
quã peccatur tuẽda ẽ: ne p̃missa animadũsio
conrẽptũ eius pariat. Tertia ẽ p̱pter exemplũ
vt ceteri metu pene terreant̃. Quartũ gen⁹
idolor̃ ẽ idolum incontinentie et allectiue cõ-
positiõis vt mulier ornatu meretricio p̃parata
ad capiendas aias: cõposita et circũornata vt
similitudo templi. Hoc est idolum zeli ad pro-
uocandum emulationem. Ezech. viij. Ista sũt
idola in quibus demones dant responsa fal-
lacia: et libidinis incentiua. Radiant auro et
argento et gemmis et vestibus preciosis et ni-
hilo minus sunt intrinsecus vile lutũ. Un̄ me-
trice dicit̃. Auri nobilitas lutea si vestiat ollã.
Non tamen hinc sequitur hanc minus esse lu-
tum. Contra ↄ̃o curiositatem ornatus: vt ex iu
de persona quelibet virum vel mulierem ad il
licitum amoreʒ alliciat. dicit beatus Hierony-
mus in quadam epistola. Si vir vel mulier ad
illicitũ amorem se ornauerit et vult⁹ hominũ
ad se prouocauerit ⁊ si nullum damnum inde
sequatur. iudicium tamen patietur eternum:
quia venenũ attulit si fuisseʒ qui biberet. Hec il
le. Et de istis potest exponi prima pars lectio-
nis hodierne. In idolio nationum non erit re
spectus. hoc est non licet viro virtuoso et bo-
no tale idolum respicere. Juxta illud Ecc̃i. ix.
Ne respicias mulierẽ multiuolã. ne forte inci-
das in laqueos illius. Et infra. Auerte faciem
tuaʒ a muliere compta et ne circumspicias spe
ciem alienam. Iste creature sunt de quibus di
citur in littera. Quoniam creature dei in odi-
um facte sunt: videlicet ipsius dei ⁊ in tempta-
tionem anime hominum et in muscipulam pe
dibus insipientum. In hac muscipula captus
est David. Hoc etiam idolum sapientem Sa-
lomonem ad culturam idoloruʒ perduxit. iij.
Regum duodecimo. Hec idola fugienda sunt
et non exquirenda per curiositateʒ. quia sicut
dicitur in littera. Initium fornicationis est ex-
quisitio idolorum. Nam impossibile est q̃ ho-
mo curiosus et lasciuus se socians istis idolis
non corrumpatur ab ipis: vel homo diligẽter
exquirens et cõmemorans cogitando de spe-
cie mulierum vt faciat sibi idola: et sic necessa-
rio preparat sibi casum. Unde in vitispatruʒ
narratur de quodã qui noluit alloqui mulie-
rẽ. imo nec matrẽ. nisi clausis oculis. Et q̃ se-
nes tunc temporis noluerunt videre mulieres
a quibus cũ quererẽt̃ de causa. Rñderũt q̃ co
gitationes sunt sicut picture inquietantes ex
cõmemoratione rerum visar̃. Nota fabulã

Ouidij meta. x. de pugna leonis contra pic-
torē rc. Et iō sūma cautela cōtra ista idols ē fu
ga. Nam pugna ē difficilima. r hoc satis innuit
Apls. j. Corinth. x. Fidelis inqt de⁹ ē q nō pa
ciet vos tēptari cōtra illud qd potestis: sʒ faciet
cū tēptatione etiā pueniū vt possitis sustinere
Propt' qd carissimi fugite ab idolorū cultura.
q.d. Licet necessariū sit vt temptemini nō tamē
tēptabimini sup id qd poteritis: nisi vos psū-
ptuose oportunitatibus ingeratis. et iō fugite
ab idolorum cultura rc.

Lectō. CLXIII.

a **Cerbo enim luctu** dolens pr cito sibi rapti filij fecit imagi
nē et illū qui tunc q̄si mortu⁹ hō fuerat: nūc tā-
q̄ deū colere cepit et cōstituit inter seruos su-
os sacra r sacrificia. Deinde interueniente tpe
cōualescente iniqua cōsuetudine hic error tāq̄
lex custoditus est. r tyrānoꝝ iperio colebāt fig
menta. Postq̄ spissanct⁹ multiplicit' reproba-
uit supsticiosā idoloꝝ adorationē. In ista pte i
cipit enarrare idoloꝝ primariā adinuentionē.
Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit quō idola
adinueniebant. Scdo quot ex eis mala seqbāt
Scda ps ibi. Et nō sufficerz. Circa primū tria fa-
cit. Nā prio agit de idoloꝝ adinuentiōe. Scdo
de idolatrie cōtinuatiōe. Et tertio de eiusdem
augmentatōne. scda ps ibi. Deinde interueni-
ente. et tertia ibi. Prouexit. Circa primuʒ tria
narrat: videlicet. idoli facturā. idoli culturā. et
cultus seruādi legeʒ siue censurā. Motiuū au
tē ad idolū cōstruēdū. Primo fuit amor deor-
dinat⁹ pris carnalis ad filiū suū q filio iā defū-
cto dolens vltra rōnis mensurā modū tamē ex-
cogitauit quō tātū dolorē delinire valeret r ac
cersito sculptore effigiari fecit filiū: vt quē reali
ter habere nō posset: saltē haberet apparenter
Sicut eni dicit Arist. in poetria. Hō naturalit'
delectat' i repsentatōne sui. Et q̄ vnusqsq; hoc
p deo colit qd sūme diligit. iō ex deordinata di-
lectōe ad filiū cepit talis pater fatuus imaginē
filij colere tāq̄ deū et int' seruos suos q sibi cō-
tradicere nō audebāt legē statuit de solennita-
a tibus et sacrificijs faciēdis eidē. Istā historiaʒ
de ortu idoloꝝ narrat magr in speciali fulgenti⁹
mitrologioꝝ li. j. Et Alexāder neq̄ in scyntilla
rio poetarū ca. j. Fuit inqt in egypto vir ditissi
mus noīe Sirophanes. Hic habuit filiū vnige
nitū quē imoderate diligebat. Cōtigit filiū mo
ri: cui⁹ simulachꝝ pr p nimio dilectōis affectu
in edib⁹ suis cōstituit. vnde tristicie q̄siuit reme
diū: seminariū poti⁹ doloris inuenit. Denique
simulachꝝ illud idolū dictū ē qd nos latine spe
ciem doloris dicimus. Familia q̄ Sirophanis
in adulatione dñi flores offerebat idolo: coro-
nas plectebat ad odoramēta succēdebat. Rei
etiā ad simulachꝝ cōfugiētes veniā sūt adepti

Veneratiq; sūt illō poti⁹ timore q̄ amore. Vñ
Petroni⁹ lacedoniū. Prim⁹ in orbe deos fecit
inesse timor. Hui⁹ historie narrator āntiqssimus
ē Dyaphantes lacedoniū auctor scdʒ Fulgēciū
vbi sup. Vñ sm mgrm i historia scholastica su-
p. ij. c. Gen. Aliā narrat historiā de ortu idolo-
rū. Dicit eni q Nin⁹ rex assyrioꝝ mortuo Be
lo pre suo: in solatiū dolori imaginē pris fecit:
cui tātā exhibuit reuerētiā vt qbuslibz reis qui
ad eā cōfugerēt parceret. ppt' qd ceperūt ho-
mies illi simulachro diuinos honores īpēdere
et hui⁹ exēplo plurimi caris suis mortuis ima-
ginē dedicauerūt. Istā historiā narrat Greg⁹.
sup illud Luc. xj. In beelzebub pncipe demo
nioꝝ eijcit demōia. Nec int' istas historias ē re
pugnātia: q2 origo idolatrie in diuers' regiōib⁹
diuersos habet inuētores. Vñ Nin⁹ rex nini-
ue prim⁹ fuit apud assyrios. Sirophanes aūt p-
m⁹ apud egyptios. Et q2 apud egyptios maxi
me idola colebāt: placuit Salomoni in hoc loco
idolatrie egyptiace tāgere inuentorē. Sicut eni
docet Hermes trimegist' libro suo logostileos
qd ē xbū pfectū. In egypto potissime r religio
sissime fiebāt idola r colebāt. vñ dicit q egypt⁹
ē imago celi et mūdi toti⁹ tēplū. Prophetabat
tū mirabilit' de egyptiace religiōis destructōe.
Et dicit sic. Tūc terra ista sāctissima sedes delu
broꝝ atq; tēploꝝ sepulchꝝ erit atq; mortuorū
plenissima. O egypte. religionū tuarū sole su-
pererunt fabule: et eq; incredibiles posteri tu-
is: solaq; superunt verba lapidibus incisa. tua
pia facta narrātibus. Hec ille. Quia igitur in
egypto idola maxime colebant: placuit Salo
moni in hoc loco per ordinē enarrare: q apud
egyptios facta fuerūt. De multitudine xo ido
loꝝ dicit Cython et ponit' i glosa lactātij q op-
timi quiq; virorū in deorum honore consecra-
bantur. Hinc romani cesares suos consecraue
runt et mauri reges suos: et sic paulatim ince
perūt religiōes i varijs puincijs celebrari. Cō
sequenter in ciuitatibus et vrbibus taʒ viri q̄
femine ppter virtutis aliqd priuilegiū insigne
puta fortitudinem castitatē vel scientiā deifica
ri ceperūt. Unde Isid. viij. ethi. ca. xj. Quos
pagani deos asserunt: homines olim fuisse p
duntur: et p vnius cuiusq; vita vel merito coli
apud suos post mortē fecerūt. vt apud egyptū
Isis: apud cretaʒ iupiter: apud mauros iuba
apud latinos faunus: apud romanos Quiri-
nus: qui et romulus. Isis fuit filia regis ethi
dicta que de grecia veniens in egyptum docu
it egyptios litteras et culturaʒ terre: et ideo eā
post mortem deam habuerūt. Jupiter a iuuā-
do dicitur quasi iuuans pater. Fuit autem fili-
us Saturni et rex crete expulso patre de creta.
Iuxta illud. Prim⁹ creteis Saturnus venit ab
oris. Hic deificat⁹ ē ppter multa mirabilia que
fecit maxime apud Cretenses. Similit' iuba fu

it rex mauroꝝ. Faun⁹ latinoꝝ. Quirinus qui ꝛ
Romul⁹ prim⁹ cōditor vrbis rome. Redeūdo
ergo ad lraz exponēda ē ꝙ Sirophan egyptꝰ
Iste eni pr acerbo luctu dolēs cito rapti filij fe-
cit imaginē. Et pōt hoc aduerbiū cito determi
nare hoc participiū rapti. et ē sensus ꝙ filius il
le ante maturā etatē moriebat: et iō q̄si raptus
patri dicit. Vl' pōt hoc aduerbiū cito determi
nare hoc verbū fecit: et erit iste sensus ꝙ statim
filio mortuo imaginem sibi statuit. Et illum q̄
tunc quasi homo mortu⁹ fuerat. i. vere et reali
ter mortuus fuerat: nunc. i. post mortē: tāq̄z de
um colere cepit exhibēdo sibi latriā. id ē cultū
debitū soli deo. Nota ꝙ q̄si aliq̄n ponit ꝓ si

B militudine sicut. ij. Cor. vj. c. Quasi tristes sē
per aūt gaudentes. Aliq̄n aūt ꝓ veritate. Sic
Ioh. i. Et vidim⁹ gloriā eius quasi vnigeniti a
patre: plenū grā et veritate. Et constituit inter
seruos suos sacra. id est dies solennes. et sacri
ficia. i. oblationes. Consequenter agit de puer
sa continuatiōe. Inualuit autem iste error per
antiquā consuetudinē et tyrānoꝝ coertionem
et potentiā. Vn̄ dicit sic. Interueniente tem-
pore et conualescente iniqua cōsuetudine. q̄̄-
uis ꝓprie loquendo s̄m iuristas consuetudo n̄
pōt eē iniqua: q̄ iniq̄ assuefactio corruptela ē
n̄ consuetudo: large tamē loquēdo cōsuetudo
dicit' vsitatio quecūq̄z bona vel mala et sic ini-
qua cōsuetudine inualescente hic error de co-
lendis idolis tāq̄z lex custoditus ē et tyrannoꝝ
imperio colebant' figmenta. Iuxta illā clausu-

C lā. Acerbo enim luctu dolens pater ꝛc. No-
tādū est ꝙ circa modū lugendi amicos decedē
tes multipliciter se habent hoīes his diebus.
Lugent enim quidam amicos suos defunc-
tos fallaciter: simulatiue et cum fictione. Qui-
dam ptinaciter et excessiue: et sine consolatōe.
Quidā sagacit' et charitatiue ꝛ ex pia deuotōe
Primo mō lugent interdū filij mortē parentū
in quoꝝ bonis succedūt. Vxores maritos. q̄
rū societate libenter recedūt. Legatarij testato
res q̄ eis bona legādo recedūt. Hi oēs nigris
vestiunt' extrinsecus et facies suas extermināt
et tn̄ in mente sens gaudent. Sicut forte Iu-
das luxit mortē vxoris sue q̄ sue dicebat'. De
q̄ Gen. xxxviij. dicit' ꝙ post luctū cōsolatiōe sus
cepta ascendit ad tonsores ouiū suaꝝ et diuer
tit ad thamar quā putauit meretricē. Sic etiaz
planxit patrē suū gellia de qua epigramatou
libro. j. Amissū non flet cū sola est gellia patrez
Si q̄s adest iusse ꝓsiliūt lachryme. Nō lugeat
quisq̄ laudari gellia q̄rit. Ille dolet vere q̄ si-
ne teste dolet. Istū figurant' ꝑ mulierē Thecui
ten cui dixit Ioab. ij. Regi. xiiij. Lugere te si-
mula et induere veste lugubri et non vngaris
oleo: vt sis quasi mulier plurimo tēpe lugens
mortuū. Secūdo mō lugent īmoderati qui
sic lugent mortem amicoꝝ quasi totaliter pe-

niter interirent. quoꝝ fatuitas ex decē rōnib⁹
declaratur: que in duob⁹ versib⁹ cōtinent' seu
includunt'. Hec bis quinq̄z tibi: qui mortē plā-
gis amici. Mensurā statuāt: et gaudia leta re-
ducant. Vult deus ꝛ suus ē: lex liberat omnia
noscens. Nec valet imo nocet: obstabit surget
amabit. Prima ergo rō ad ostendendā fatuitatē
pertinaciter lugentiū mortē amicoꝝ accipit' ex
consideratiōe diuine voluntatis: cui nullo mō
debem⁹ eē contrarij. Vn̄ Seneca ad Luciliuz
Placeat hoī quicq̄d deo placet ob hoc ipsuz ꝙ
deo placet. Diuina eni volūtas p̄ma et sūma ē
cā oīm que fiūt. Cuius alia causa querēda nō ē
s̄m magistrū sniaꝝ. li. j. dis. xlv. Ergo si amicū
quantūcūq̄z carū mortuū habeas: cōsidera p̄i
mo hanc rōnē: quia deus vult. Vn̄ Aug⁹. de
vera religione. ca. xlvij. Qui pfecte deū diligit
nō affligit' morte cuiusq̄z: quoniaz qui toto aīo
deum diligit: nouit nec sibi perire quod deo nō
perit. Deus autem oīa est viuoꝝ et mortuoꝝ.
Scd̄a consideratio ꝙ iustum et licitum est vni-
cuiq̄z repetere quod suuz est. Hieron y. in ep̄la
ad Marsiliū vel Cyrasiū. Nihil abstulit tuum
qui dignatus est recipere proprium. Credi-
tum suum recipere decuit creatorem et nihil
aliud decet q̄z creatori gratias agere mutuāti.
exemplo sancti Iob. Qui filijs orbatus et sub
stantia tota priuatus dixit. Dn̄s dedit domin⁹
abstulit. sicut dn̄o placuit ita factū ē. Sit nomē
dn̄i benedictum. Tertio cōsidera ꝙ necessi-
tas moriendi est lex cōis oīb⁹. Si aliq̄d factum
esset cōtra amicū tuū mortuū: ꝙ nō fuisset ne-
cessario eueniēs tū iuste cōqueri posses et plāgere
Iam vō nihil actū ē nisi ꝙ lege cōmuni toti ge
neri humano statutū ē. Heb. ix. Statutū ē oī-
bus hoībus semel mori. Vn̄ Amb. lib. ij. de
morte Satiri fratris sui dicit sic. Quid absur-
di⁹ q̄z illud qđ scis oīb⁹ ꝑscriptū q̄si speciale de
plorare: hoc ē amicū supra cōditionē extollere
legē cōmunem nō recipe. nature cōsortiū recu
sare. sensum carnis inflare. ꝛ carnis ipi⁹ mēsu
rā nescire. De hac cōmuni lege dicit' metrice.
Pauperis et regis cōmunis lex moriēdi. Dat cau
sā flēdi si bñ scripta legis. Gustato pomo null⁹
trāsit sine morte. Heu misera sorte claudit' hō
morte. Quarto cū lugere ꝓponis amicū cō
sidera ꝙ ꝑ mortem fit liber de seruo. certus de
dubio. beatus de misero: quia dicit' Iob. xiiij.
Hō natus de muliere breui viuens tpe replet'
multis miserijs. Vn̄ Aug⁹. de visitatiōe infir-
moꝝ. lib. j. dicit sic. Quis numerare potest ꝑ-
sentis vite molestias? Esurire. sitire. algere. ca
lere. lassari. et cetera innumerabilia q̄ ex ipsa
cōsuetudine sola nobis domestica sunt. Et infra.
Deniq̄z audacter ꝓnuncio: quia principiū vi-
te hominis: initium doloris est: finis vō requi
es. Philosophi vō quidā hoc nō ignorātes in
ortu pueroꝝ lugebāt. in morte aūt gaudebāt:

per hoc signantes q homo ad laborem nascitur: ad requiem autem moritur. Consimiliter fecit saluator qui de morte Lazari non plorauit quin potius dixit. Lazarus mortuus est et gaudeo propter vos. In resurrectione vero quando eum ad vitam reuocauit plorauit: quia eum ad huius vite miserias reuocauit. Et paulo post dicit ibidem Aug⁹. O mors desiderabilis. o mors omnium malorum plenitudinis finis. o mors laborum clausura. quies principium: quis cogitare potest tuas vtilitates beatitudinum: Nam male mori christianorum non est. bonum autem mori cum christo viuere est. Hec Aug⁹. Igitur mors liberat a seruitute etc. vnde Isido. lib. iij. de summo bono. Illi deplorandi sunt in morte quos miseros infernus ex hac vita recipit: non quos celestis aula letificando includit. Quinto considera quomodo mortem plangis amici quod deus est omnia noscens. Ipse enim nouit quid vnicuique expedit potius: quando viuere et quando mori nobis conueniat. Hec igitur quinque rationes in primo versu tanguntur cum dicitur. Vult deus etc. Sexto considera quod luctus tuus immoderatus eum non iuuat. Neque enim ad vitam poteris eum reuocare. neque per talem luctum a purgatorio liberare. Et hoc fuit quod allegabat Dauid. ij. Reg. xij. Cum filius suus carissimus langueret flebat et non capiebat cibum. Cum autem mortuus esset surrexit de terra. lauit: comedit: et consolationem recepit et ait. Nunquid potero eum reuocare amplius. Ego vadam magis ad eum: ille vero non reuertetur ad me. Septimo considera: quia luctus irrationabilis tibi ipsi nocet qui luges: et illi pro quo luges non prodest. Iuxta illud Eccl. xxxiij. Repelle tristiciam a te. Et infra. Neque enim est conuersio et huic nihil proderis et teipsum pessimabis. Dum enim homo a tanta tristicia absorbetur: animum non habet liberum ad orandum pro illo quem luget. Octauo considera quod aliquotiens amici nos impediunt a virtute et a via salutis. Nam cor nostrum ad mundum alliciunt et ad gerendum sollicitudinem circa statum eorum et ob hoc minus obediunt deo et consilijs suo. Vnde Aug⁹. sup Gen. ad litt. Sepe offendit deus: ne offendat amic⁹. Et ideo dispensatione diuina plerunque contingit vt amici quos carnaliter dileximus subtrahantur: quatenus affectiones nostre in deum liberius et integrius extendantur.

Nota de heremita vidente angelum filium bo tiuum submergere. Nono considera spem resurrectionis future: quia quem modo mortuum vides alias rediuiuum videbis. j. Thessa. iiij. Nolum⁹ vos ignorare fratres de dormientibus vt non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Vnde Ambro. lib. ij. ca. iij. de sorte fratris sui. Cessabunt inquit lachryme mee: quia debet aliquid interesse inter fidos et perfidos interesse. Fleant suos qui eos in perpetuum estimant interijsse qui spem resurrectionis non habent. nobis vero quibus mors non nature sed huius vite finis est. quia ipsa natura in melius reparatur. mortis casus abstergat omnes flet⁹ hec ille. Decimo considera quod si viuens fuerit tibi gratus: gratior erit tibi iam saluat⁹. Et ideo dicitur in versu. Amabit. Sic enim amici nostri a torrente voluptatis diuine inebriantur. vt tamen nullatenus nostri obliuiscantur. sicut docet beatus Aug⁹. ix. confessionum. ca. iij. loquens de nebridio amico suo defuncto. His ergo decem considerationibus et motiuis excessum doloris mitigare debemus cum amicos nostros: scilicet moriendo subtrahi videmus: sicut notabiliter suadet Cyprianus li. suo de immortalitate anime. Non sunt inquit lugendi fratres nostri accersione dominica de seculo liberati: cum sciamus eos non amitti: sed premitti et occasionem non esse dandam gentilibus vt nos merito reprehendant. vt quos apud deum viuere dicim⁹. vt extinctos et perditos lugeamus. Nihil enim prodest verbis proferre et factis destruere veritatem. Hec ille. Igitur contra istos excessiue lugentes. nec istas decem considerationes attendentes: dicitur signanter Eccl. xxij. Modicum plora super mortuum: quoniam requieuit: videlicet a laboribus et miserijs huius vite. Apocalipsis. xiiij. Amodo iam dicit spirit⁹ vt requiescant a laboribus suis. Certo sunt qui lugent mortem amicorum sagaciter et caritatiue et ex pia deuotione. Nihil enim tristari in recessu amici: ingratitudinis signum est. Nimis vero tristari: desperationem arguit de salute recedentis. Sunt autem tres rationes quare cum ratione condolere possumus morientibus bonis viris. Primo quia pauci boni viri sunt in ecclesia militante: et de beato Augustino legitur quod quotiens de morte alicuius boni sacerdotis audiuit doluit: non quia sibi de statu suo timuit: sed quia paucos tales in ecclesia dei reliquit. Secundo quia forsitan aliqua purganda secum deferunt que in presenti totaliter non impleuerunt. Tertio ex consideratione naturalis miserie qua oportet nos propter peccatum primi parentis mori putrescere et incinerari. Et sic Tobias sepeliebat et lugebat mortuos. Tobie. ij. Et inde dicitur Eccl. septimo. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij. In ea enim admonetur finis omnium viuentium.

Lectio. CLXV.

Os quos homi-

nes in palam honorare non poterant propter hoc quod longe essent a longinquo figura eorum allata euidentem imaginem regis quem honorare volebant fecerunt: vt illum qui aberat tanquam presentem colerent sua sollicitudine. Posita prima causa adinuentionis idolorum que fuit amor deordinat⁹ hominum ad amicos et parentes

In ista parte ꝓsequit̃ de causa scḋa ꝑncipali eiusdē erroris q̃ fuit supbia ⁊ vana ābitio regū ⁊ ꝑncipū ad dn̄andū ⁊ honores. Pricipes et tyrāni volētes honorari nō solū a p̄ntib⁹ sed etiā ab absētib⁹ dedicauerūt vel ordinauerūt sibi ipsis imagines quas multiplicari fecerūt et apd remotas natōes statui ⁊ venerat̄ioīe Fuari vt vbiq̃ timerēt. Vn̄ sibiipsis honores diuinos fecerūt attribui insirmitatis hūane obliti. Sic Nabuchodonosor p̄cepit Holoferni oēs deos terre exterminare vt ipse sol⁹ de⁹ diceret̃ ab aliis natōib⁹ q̄ potuisset holofernis potētia subiugari. Sic Gaius caligula iperator p vniuersū mūdū imaginē suā misit vt ab oib⁹ tāq̃ de⁹ coleret̃. Dicebat eni se frēm iouis eē. Vn̄ et vnicā filiā quā habebat posuit int̃ genua iouis vt postq̃ egressa eēt de genib⁹ iouis: cōmunis viri vsq̃ filia videret̃. Iste Gai⁹ mādauit petronio quē iudee p̄fecerat ꝓ ꝑtore: q̄ statuā suā erigeret in hierusalē eo q̄ intellexerat solos iudeos cultum statue sue recusare. Quo audito iudei ad Petroniū accesserūt supplicātes vt nullo mō ad cultū statue cesaris eos hortaret̃: q̄ cit⁹ vellēt occidi et se singulari obtulerūt et iurabāt q̄ nunq̃ amplius terrā colerēt: et sic inedia affligi morerēt. Sic herodes agrippa diuinos honores ab adulatorib⁹ recepit. sicut dicit̃ Actuum xii. Qui int̃ honores sibi factos bubonē vidit insistentē et imminētē capiti suo. nūciū mortis sue ⁊ inclinatus ad eos qui sibi applaudebant dixit. En ego de⁹ vester morior. Statimq̃ ꝑcuss⁹ ab angelo et cōsūpt⁹ a corrodentib⁹ vermibus viscera ei⁹ expirauit. Hec ḡ vana supbia et ambitiosa elatō scḋa cā fuit idola faciēdi. Et hoc ē qḋ dicit̃ in lr̃a. Hos q̄s palā id ē ꝑncipalit̃. homines honorare nō poterāt sc; colēdo ꝓpter quod id ē: q2 longe essent ipsi a regionibus suis e longinquo figura eo2 allata euidentē imaginē ⁊c. Lr̃a plana ē. Circa illā clausulā. Imaginē regis quā honorare voluerūt Notādum q̄ q2 hic agit̃ de ambitione honoris gēnalis ꝑncipū. et sm̄ doctrinā Arist. iiij. ethi. circa omnē honorē contingit inuenire supabundātiā et defectū et mediū. Iō circa honoris materiā ē sciendū q̄ ad honorē tripliciter nos habēre debemus. Debem⁹ eni honorib⁹ nos dignificare: honores nō nimis desiderare: honores inuicē cōmunicare. Primo eni debem⁹ honoribus nos dignificare. Sola eni virt⁹ facit hoīe; dignū honore. Null⁹ eni prauus existens est dignus honore: q2 virtutis p̄miū est honor ⁊ tribuit̃ bonis. sicut dicit Arist. iiij. Ethi. ca. iij. In cuius signū narrat Aug. v. de ciui. dei. ca. xij. q̄ romani antiquit⁹ virtutē et honorē; sic duos deos coluerūt: qb⁹ duas edes: siue duo tēpla cōstituerūt. sic ad seuicē ordinata ⁊ cōtinuata q̄ null⁹ posset intrare tēplū honoris nisi prius tēplū virtutis ptrāsiret. In signum q̄ apud eos nullus reportaret honorē: nisi illū p virtutē aliquā meruisset. Et iō dicit Arist. iiij. Ethi. ca. v. Scḋm veritatē ergo sol⁹ bon⁹ ē honorand⁹. Vn̄ ad Ro. ij. Honor et pax oī operanti bonū: Et q̄uis honor debeat̃ virtuti sicut p̄miū qḋdā insufficiens: tn̄ nihilominꝰ honor plerūq̃ derogat virtuti dū mentē honorati in supbiā nitit̃ eleuare. Et iō ad istā pestē rōnabiliter euitandā legim⁹ q̄ victorib⁹ triūphantib⁹ et romā redeuntib⁹ triplex honor ipendebat̃: et triplex iniuria inferebat̃. Primus honor fuit q̄ victori popul⁹ obuiauit cū iubilo et letitia. Scḋs q̄ oēs captiui sequebāt̃ currū eius ligatis manibus p⁹ tergū. Terti⁹ honor fuit q̄ victor induebat̃ tunica Iouis et ponebatur in curru quē trahebant quottuor eq̄ albi: et ducebat̃ vsq̃ ad capitoliū. Iuxta illud. Quatuor in niueis aureis ibis equis. Ne tn̄ istis honorib⁹ sublimatus obliuisceretur sui: triplicē molestiā sustinere debuit illo die. Prima erat q̄ ponebat̃ vna cū eo quedā ꝑsona seruilis conditionis vt daret̃ spes cuilibet quātūcūq̃ vilis cōditionis ꝑueniendi ad talē honorē: si p ꝓbitatē et virtutē se dignificare vellet. Secūda molestia erat q̄ seruus ille eū ꝑvices sedentē in curru colaphizabat dicēs. Gnotosenyton. i. nosce teipz ⁊ noli de honore tibi exhibito supbire. Tertia molestia erat q̄ illo die licebat cuilibet dicere: ipune opprobria in victorem. Vn̄ Julio cesari reuertenti post multas victorias fuerunt grauissime contumelie dicte: nulla penitus vltione sequente. Aliter aliquantulū de isto honore scribit Isido. viij. ethimo. ca. ij. et allegat tranquillum ducem. q̄ triumphus dicitur ab eo. quia triumphans cum vrbem ingrederetur: tripertito iudicio honorabatur. Nam primuz de triumpho duci concedendo iudicabat exercitus Secundo senatus. Tertio populus. Erat aūt mos romanorum vt triumphans quadrigis veheret̃: colore rufo perliniret̃: purpura ⁊ palmata toga indueret̃: palma aurea vel lauro coronaretur. scipiōe seu sceptro super quod sedebat aquila ornaretur. Et istis omnibus p̄paratis: ei carnifex pro socio preponeretur. Ideo vero in quadriga vehebat̃. q2 illo genere vehiculi p̄mi p̄liontes vtebantur. Ideo colore rubeo plinebatur: quasi diuini ignis inuictam effigiem imitaretur. Ideo super scipionem siue sceptrum aquilam habebat eo q̄ p victoriam ad sūmam magnificentiam ascēdebat. Coronabatur corona palmea: si in bello vel in conflictu triumphasset. Palma autem aculeos habet et significat conflictū. Coronabat̃ corona laurea si sine conflictu contingeret triūphare vicz hostes sine pugna fugādo: q2 laur⁹ aculeos vel spinas nō hz. A carnifice cōtingebat̃ vt ad tātū fastigiū euect⁹ mediocritatis hūane cōmoueret̃. Ac si sibi dicet̃ illḋ Eccī. xj. Investitu

ne glorieris vnq̄: nec in die honoris tui extollaris. Scd̄o debem⁹ honores nō nimis desiderare. Arist. vj. Top. dicit q̄ omnes appetunt honores. Nec bñ diffinit̄ ambiciosus si sic dicatur. Ambiciosus est appetēs honores sed vltra meritū querēs vel a quibus nō debet. aut qñ nō debet. hoc ē enī viciosū. Eccī. x. In mā suetudine serua animā tuā ⁊ da illi honorē ſm meritū suū. Qui aūt vltra meritū vel sine merito honorari desiderat: alios ad falsū testimoniū inuitat. Qui enī honorem alteri impendit eū aliqua virtute p̄ditū dicit. Eccī. x. dicitur. q̄ insciēs nō honorabitur. et Prouer. xxvj. Sicut qui mittit lapidē in aceruū Mercurij: sic q̄ tribuit insipiēti honorē. Status enī honoris nō est nimis appetendus: q2 sicut dicit Sene. epl̄a lxxxij. Abstrahūt a recto: diuitie: potēna ⁊ honores. Narrat̄ de quodā priore clareuallensi Gaufrido noīe. Qui cū electus esset in episcopū Tornacensem ⁊ ab Eugenio papa ⁊ abbate suo sancto Bernardo cogeret̄ onus episcopatus subire: p̄strat⁹ ad pedes abbatis ⁊ clericorū qui se elegerāt in modū crucis dixit. Monachus fugitiu⁹ si me eligitis esse potero: episcopus nūq̄ ero. Isti laborāti in extremis quidā monachus ei carus assidebat: ⁊ dixit. Carissime: q2 nūc corpe separamur: oro te vt si potes: salua dei volūtate: statū tuū mihi post mortē reueles. Cui orāti post mortē ei⁹ corā altari apparuit Gaufridus dicēs. Ecce assū Gaufridus frater tuus. Cui ille. Care mi quō est tibi? Cui Gaufridus. Bene inq̄t est: sed reuelatū ē mihi a sancta trinitate q̄ si p̄motus fuissem in episcopū fuissem d̄ numero reprobor̄: nec mirū: q2 honores vt frequēter mutāt mores i peius. Vn̄ metrice dicit̄. Plurima cū soleant hominū corrūpere mores. Amplius euertūt femina censuo ⁊ honores. Vnde quidā dixit ad sociū iam ad dignitatē p̄motū. Optimus esse soles te fecit honor meliorē. Estimo q̄ fies de meliore bonus. Et ideo nemo sibi sumat honorē: ſ qui vocat̄ a deo tanq̄ aaron qui iudicio virge florēns ⁊ incendio emulorū electus est ⁊ mōstrat⁹ placere deo ſm glosā ad Hebre. v. Tertio debemus honores inuicē cōicare. Est enī triplex honor. sc3 honor subiectionis ⁊ obediētie: honor supportatiōis ⁊ beneficētie. honor affectiōis ⁊ beniuolētie. Primus honor debet̄ p̄latis ⁊ principib⁹. Dicit enī Arist. v. ethi. ca. vij. q̄ quilibet tenet̄ dare mercedē ei qui p̄ se laborat. Sed p̄nceps laborat p̄ tota multitudine. Hec autē merces est honor ⁊ gloria. Et cui ista nō sufficiūt: tyrannus est ⁊ non p̄nceps. j. Pe. ij. Deū timete: regē honorate: Et concordat Apl̄us. j. Timoth. v. Qui bene p̄sunt presbyteri duplici honore digni habeant̄ ⁊ maxie qui laborant in verbo ⁊ doctrina. Duplici honore: vt sc3 eis obediat̄ ⁊ exteriora ministrent̄ ſm glosam. Scd̄s honor est supportatiōis ⁊ beneficentie: ⁊ maxime debet̄ parētibus. Deute. v. Honora patrē ⁊ matrē vt longeuus eris super terrā. Et Deutero. xxvij. Maledict⁹ qui nō honorat patrē suū ⁊ matrē suam. Tertius honor qui est honor affectionis ⁊ beniuolētie debetur omnib⁹. j. Pe. ij. Omnes honorate: fraternitatē diligite. Ad Roma. xij. Honore inuicē p̄uenientes: nō alta sapiētes sed humilibus ꝯsentientes. Et ideo refert magister Helynandus q̄ Helius adrian⁹ ex senatore fact⁹ est imperator. Iste in tantū gratiā habuit populi ⁊ senatus q̄ senatus eū rogauit vt filiū suum Augustū appellaret. Pater vero sciens q̄ graue periculū imminebat regimini. Respōdit. Sufficit q̄ ego inuitus regnauerim. Et subiunxit Alendi sunt p̄us pueri ⁊ virtutib⁹ exercēdi. vt p̄beantur virtutib⁹ antecedere quos debēt honoribus anteire. Vnde metrice dicit̄. Vt ver dat florē flos fructū fructus odorē. Sic studiū morē: mos sensum: sensus honorē. Huius vero cōclusionis videlicet q̄ iuxta meritū virtutis honor debetur. notabile reperimus exemplū in Iulio. vj. li. iiij. ca. j. de duce quodā qui Theogenes dicebat̄. Iste dux erat athenien̄siū ⁊ exercitū cōtra Megarē ducere debuit. Milites statim ordinē suum petiūt vt videlicet designētur qui ⁊ quot p̄cedere debeāt. Theogenes respondit se tūc ordinē assignatur̄ cū megarē peruenissent. Et statim clā equites quosdā p̄misit. qui in specie hostiū impetū in socios retorquerent. De istis aūt quos secū habuit visis istis insultationib⁹ p̄misit vniuscuiusq̄ ordinare sicut voluit. Strēnui ⁊ cordati spōte p̄rruperūt se: vecordes ⁊ timidi se retro traxerūt: vbi igitur ad insultātes deuētū est: cōpertū est eos socios esse: nō hostes. Dux ergo p̄dictus prudens: vnicuiq̄ ordinē illum tribuit quē sibi ip̄se in isto euentu eligere primo vidit.

Lectio. CLXV.

Rouerit autē ad

horū cultum ⁊ hos qui ignorabant artificio eximia diligētia. Ille enim volēs plus placere illi q̄ se assūpserat. elaborauit arte sua vt similitudinē in meli⁹ figuraret. Quo facto multitudo hoim abducta p̄ spēm operis: eū q̄ ante tp̄s tanq̄ homo honorat⁹ fuerat: nūc deū estimauerūt. Et hec fuit hūane vite deceptio: qm̄ aut affectui aut regib⁹ deseruientes hoies incōicabile nomē lapidib⁹ ⁊ lignis imposuerūt. Postq̄ actū est de idolor̄ p̄ncipali adinuentiōe. In hac p̄te agit̄ de quadam idolatrie p̄motione vel augmētatiōe. Et circa h̄ duo facit. Primo ponit istā causam incidētalē. Scd̄o recapitulat duas causas p̄ncipales. Scd̄a p̄s ibi. Et hec fuit hūane. Circa p̄mū dicit q̄ cā vehemēter p̄motiua ad colendū idolaL

la fuit diligētia ꝛ subtilitas artificū q̄ labore ſū
mo ꝛ rebus ꝓcioſis elaborauerunt fabrice ido
la mire speciei ꝛ pulchritudinis gratioſe: ꝓpt
qḋ ſimplices idola intuentes credebāt idolis
aliq̄d numinis ineſſe. Iſti aūt artifices ideo hec
fecerūt vt placerēt regibus a quib⁹ inducebā-
tur vt eoꝝ effigies fabricarēt. Dicit ḡ sic. Pro-
uexit aūt ad horū ſcʒ idoloꝝ culturā ꝛ hos qui
ignorabāt. id est ad ſimplices alliciēdos artifi-
cis eximia diligentia. Et ſubdit. Ille ſcʒ artifex
volens placere illi. i. alicui regi vel ꝑncipi vel
tyranno q̄ ſe aſſumpſerat ꝑ aliis ad effigiandū
speciē ſuā: elaborauit. i. diligēter laborauit ar-
te ſua: vt ſimilitudinē. id est imaginē talis re-
gis in meli⁹ figuraret. i. ita pulchre ſicut meli⁹
ſciuit formaret: quo facto multitudo hominū
abducta a veritate ꝑ speciē. i. pulchritudinem
operis: eū principē vel regē: qui ante tēpus. i.
pauloante tanq̄ꝫ homo honoratus fuerat: q̄ꝛ
honorat⁹ fuit dulia. i. cultu debito alicui excel-
lenti ꝑſone: nunc. i. poſt mortē deū eſtimaue-
runt exhibētes ſibi latriā q̄ eſt cultus debitus
ſoli deo. ij. Macha. xj. Rex Antiochus Lyſie
fratri ſalutē: ꝑſe nr̄o iter deos trāſlato ꝛc. Cō-
ſequēter ponit recapitulationē cauſarū idola-
trie q̄ fuerūt ꝑncipaliter due vt ꝑdictū ē: amor
deordinat⁹ amicoꝝ ꝛ timor tyrānoꝝ. Vn̄ dicit
q̄ hec. ſ. deīnciatio fuit vite hūane deceptio. i.
cauſa deceptionis. Qm̄ aut affectui. i. dilectio
ni amicorū defunctoꝝ. aut regib⁹ adhuc viuē-
tibus ꝑ timore ſeruiētes homines incōmuni-
cabile nomē qḋ eſt hoc nomē de⁹: lapidib⁹ ꝛ li
gnis impoſuerūt. Dicit aūt hoc nomē incōi-
cabile: q̄ꝛ impoſſibile ē plures eſſe tales res ab
ſolute diſtinctas quale ē illud ꝓ quo iſte termi
nus deus ꝓprie loquēdo ſuꝑponit. ꝛ tū hoc no
men de⁹ eſt equiocū. Nā dicit adoptiue ď ſan-
ctis. In ꝑs. Ego dixi dij eſtis. Nūcupatiue de
idolis. in ꝑs. Omnes dij gētiū demonia. Sub
ſtātiue ꝛ naturaliter ď diuina eēntia. Et lʒ hoc
nomē ſit cōmune tribus ꝑſonis: tn̄ q̄ꝛ ille ꝑſo-
ne ſunt vna res ſimpliciſſima: dicit hoc nomē
B incōmunicabile. Circa illā clauſulā. Et hec
fuit hūane vite deceptio. Notandū eſt q̄ licet
vita hūana multipliciter decipiat: quattuor tn̄
ſunt in quib⁹ vt cōiter maior pars mūdi deci-
pit ꝛ oberrat. Decipiunt em̄ hoīes in ꝑſump-
tione ꝓprie ꝑfectiōis: in acceptatiōe nimie cō-
mendatiōis: in delectatiōe feminee affectiōis:
ꝛ in ſimulatiōe colſibine cōpoſitiōis. Prima ḡ
materia in q̄ hoīes cōmuniſſime decipiunt eſt
in ꝑſumptiōe ꝓprie ꝑfectionis. Nemo em̄ de
facili bn̄ iudicat: nec de gratijs ꝓprijs: nec de
culpis ꝓprijs: ſed gr̄as noſtras nimis magni-
ficam⁹: ꝛ culpas noſtras nimis attenuam⁹. Et
ideo vix eſt aliq̄s qui bene iudicet ď ſeipō. Vn̄
Thereñ. in quadā cōmedia. Ita fere cōparata
eſt humana natura: ſeu omniuꝫ hoīm natura

vt aliena melius iudicet q̄ꝫ ſua. et Tulli⁹ in ora
tione ꝓ dyocore. Nemo fere eſt q̄ ſui ꝑiculi iu-
dex nō ſibi ſe equiorē q̄ꝫ reo ꝓbeat. Hinc eſt q̄
nōnulli cū pauca faciāt: magna ſibi arrogāt. et
facta ꝓpria nō aliter extollūt q̄ꝫ ſi per ea ceteri ē
om nes ſuꝑportarent. Omnino ſimiles Galde
nis depicto ꝛ ſculpto qui collo humeris ꝛ bra
chijs ꝛ facie ꝓminēs totā fabricā cū onerosa fa
tigatione ſe ſimulat ſuꝑportare. ꝛ tn̄ fabrica ita
fortiter ſtaret ꝛ eque duriter ꝛ totū illud idolū
deleret vel tolleret. Tales etiā ſimiles ſunt cui
daꝫ alienato a mente qui ſemꝑ ſtans ſub diuo
nullo mō voluit intrare domuꝫ nec ſedere: bi-
bere vel comedere. Requiſit⁹ q̄re hoc faceret:
Reſpondit q̄ꝛ ipſe ſuꝑportabat totū celū ꝛ ſi ad
horā dimiſiſſet celū eſſet caſurū. Ita eſt de nō-
nullis ꝑſumptuoſis qui inflati ſcientia ſecula-
ri: reputāt ſe totā eccleſiam ſuꝑportare diſcreti
one ꝛ ſapiētia quā ſe habere preſumūt. Quoꝝ
cuilibet illud Eſa. xlvij. dicitur. Sapiētia tua ꝛ
xvij. Magna enī sunt iudicia tua. in qualibet enī istarū partium facit collationē z correspōdentiā inter beneficia z supplicia. nā sicut egyptij premebant per bestias elementa z corpora supercelestia. ita hebrei cōtra hec trea mirabiles cōsolationes habuerūt siue receperunt: habuerūt coturnices eis datas in escam: vt sicut musce z cynifes afflixerūt egyptios. ita volucres nobiles cōsolarent hebreos. Secūdo habuerūt māna de aere descēdens: vt sicut ignis z grādo afflixerūt per elemētum aeris egyptios. ita māna p idē elemētum descēdens cōfortaret hebreos. Tertio habuerūt lucē a corporibus supcelestibus semp cū eis pmanentē vt corpora celestia: quādo egyptus lucē suā subtraherent: eā tū nihilominus hebreis exhiberent. De istis ergo beneficijs z supplicijs agit alternatim per antithesim p duo capitula. Circa tū primā antithesim q̄ est de egyptiorū exterminatione: z de hebreorū cōsolatiōe z vtraq̄ p bestias z volatilia tria facit. Nā primo narrat egyptiorum exterminationē. Secūdo hebreorū mirabilē cōsolationem. Tertio assignat inter egyptios z hebreos cuiusdam diuersitatis distinctionē. secūda para ibi. Pro quibus tormentis. tertia ibi. Oportebat. Quantū ad primū dicit: ppter hec. id est idolatriā multiplicē z his similia. q2 aliquos modos idolatrie specificauit: z aliquos pretermisit. Passi sunt digne tormēta z p multitudinē bestiarū exterminati sunt: q2 p multitudinē bestiarū quidam afflicti z quidā exterminati sūt. Circa secūdū p̄siderādum fecit deus circa populū suū licz peccassēt in deserto: sicut narrat Exo. xvj. Filij israel in deserto murmurauerūt cōtra dnm̄ dicentes. Vtinā essemus mortui i egypto qn̄ sedebam⁹ sup ollas carniū z comedebamus ad saturitatem. statim vō cū Moyses orasset ad dominū rediit z rndit eis. Audiuit dn̄s murmurationes vras cōtra eum: z dabit vobis vespere carnes. Facto vō vespere ascēderūt coturnices d̄ quodā sinu arabico. vbi potissime nutriū tur z trāsito mari ītei medio ceciderūt int̄ castra. i. inter tētoria hebreorū z capiebant ad nutū populi: z hāc historiam narrādo in littera. dicit sic. pro quib⁹ tormētis egyptiorū prius recitat. id est loco tormētorū egyptijs illatorū bene disposuisti populū tuū. id est dedisti beneficia populo tuo. quib⁹. id est illis qui sunt populus tuus Dedisti cōcupiscētiā delectamēti sui. id ē delectationē cōcupitā. iuxta illud ps. Cōcupierūt cōcupiscētiā i deserto nouū saporem. id ē escā noui saporis parās eis ortigometrā. Est autē ortigometra auis regia s̄m magistrum i historijs quā Josephus ortigiem vocat. Grec⁹ vero ortigometi ō: nos vulgo dicim⁹ curilegū a currendo. et dicit ortigometro quasi recta mēsura. Isid. tū videt differentiā ponere int̄ coturnicē z ortigometram. ij. et hīmol. ca. vij. Coturnices a sono vocis dicūt quas greci ortigias vocāt. eo q̄ vise fuerūt primo in ortigia insula. he aduentendi tpa habent. Nā estate depulsa maria transmeant. Ortigometra dicit que gregē ducit. Cū autē terre appropinquat accipiter videns eam rapit: z ppterea cura est vniuersis ducē sollicitare externi generis per quā caueant extrema periculo. Cibos gratissimos habēt. semina venenorū. quō ob cām eas veteres vesci interdixerūt. solum enī hoc animal sicut homo caducū patit morbū. Hec Isi. vbi patet s̄m eū. q̄ coturnix z ortigometra nō sunt idē: q2 solum illa dicitur ortigometra que ducit exercitum z nō alia. Quod autē dicat Isi. accipiens a Solino q̄ solum hoc animal morbum patit caducū. nō tū credit hoc eē verum Vulgus enī dicit q̄ auctor libri qui incipit. triplex eē scribit. q̄ illum quidē morbū patiūtur passeres. scribit etiam Solinus de mirabilib⁹ mundi de coturnicibus q̄ quando mare transire volunt austro flante nūq̄ exeunt. nā ventis flatus tumidioris metuūt: plurimūq̄ se aquilonaribus credūt. vt corpora pinguia z ideo tarda facilius prouehat: fortior ac vehementior spiritus. cum maria transeunt. insuper⁹ differunt z metu spacij longioris vires suas tarditate nutriunt. vbi vero terram conspiciunt catervatim coeunt. Deinde cōglobate vehemētius pperant: que festinatio plerūq̄ exitiū parat nauigantibus. Accidit etiam noctib⁹ vt vela incidāt z preponderatis funibus in alueos mergant. hec Solinus. Isto ergo auiū genere pauit domin⁹ filios israel in deserto cū poterent cōcupiscētiā carniū quales comederant i egypto: vt videlicet p illas carnes auerterētur a ɔcupiscētia quā habebāt. et hoc ē qd̄ dicit in lra. vt illi qdem. id ē filij isrl' cōcupiscētes escarū carniū scz de egypto auerterent: via necessaria cōcupiscētia: hoc est violentia. necessariū enim vno mō dicit violentū s̄m Aris. v. metha. ca. d̄ necessario. fuit aūt ɔcupiscētia eorū violēta: q2 oriebat ex ɔsuetudine vescēdi carnib⁹ in egypto. Cōsuetudo aūt assimilat nature. vij. ethi. Cōsuetudo ē altera natura. Vt ergo auerterētur a necessaria cōcupiscētia ppter ea que illis ostēsa z missa sūt. id est ppter animalia: q̄ illis missa fuerunt p diuinā pruidentiā. id est coturnices. iō eis diuinit⁹ date fuerūt: qd̄ et factū p tūc saltē fuit vt a cōcupiscētia auerterēt. vnde subdit. Illi aūt. id ē filij isrl' in breui inopes facti. id ē īdigētes cibo nouā gustauerūt escam de q̄ dictū ē. Et ē notandū q̄ ɔsuetudo maximā hz violētiā inclinādi volūtatē ad se. et iō sicut optimū ē assuefieri ad bonas ɔsuetudines z virtuosas: ita piculosū z pessimū ē assuefieri ad vicia. vn̄ narrat Valeri⁹. li. vij. cap. ij. i fine. q̄ Cretēses cū acerbissima execratiōe vti volunt

B

C

aduersus eos q̄s vehementer odiūt: optant vt mala cōsuetudine delectent: modestoq₃ volūtatis genere efficacissimū gen⁹ viuoīs euentū reperiūt: hec ille. Uult dicere q̄ ipī videtur moleste maledicere q̄ñ dicūt homini mala cōsuetudine delectens: ⁊ tñ imprecant ei maximū genus mali. De malicia vero puerse consuetudinis loquit Aug⁹. viij. cōfes. ca. v. d̄ semetipo dicēs q̄ difficilis fuit ad cōuertēdū ad fidē. vnde dicit sic. Ligat⁹ erā nō ferro alieno: sed mea ferrea volūtate. velle meū tenebat inimicus ⁊ inde mihi cathenā fecerat ⁊ cōstrinxerat me. quippe ex volūtate peruersa facta ē libido: ⁊ dū seruiui libidini: facta est cōsuetudo: ⁊ dū cōsuetudini nō restiti facta ē necessitas. hec Aug⁹. Unde etiā metrice dicit. Qui nō assuescit virtuti dum iuuenescit. A vicijs nescit discedere q̄ñ senescit. In cuius figurā saluator faciliter suscitauit puellā₃ in domo ⁊ iuuenē delatū in porta. Sed lazarū quadriduanū i monumēto cū gemitu lachrymis ⁊ clamore Joh. xj. Quā historiā exponēs Aug⁹. sup Math. omel. xv. dicit sic. Moles imposita sepulchris ipa ē dura vis cōsuetudis qua premit anima. nec resurgere nec spirare pmittit. dictū ē sure quadriduan⁹ est. Reuera ad istā cōsuetudinē de qua loquor. d₃ quodā progressu puenit aīa prima ē quasi scintillatio delectatiōis in corde secunda cōsensus in volunrate. tertia factum quarta consuetudo. Hec Aug⁹.

Lectio CLXXVI

Oportebat enim in illis quidē sine excusatiōe superuenire interitū exercētibus tyrannidē. His aūt ostendebat tñ quēadmodū inimici illo₄ exterminabant. Eteni cū illis superuenit seua bestia₄ ira: morsibus puerso₄ colubro₄ exterminabant. Postq̄ spūssanctus p salomonē declarauit aliqualit̄ quō egyptij puniebant in egypto p cynifes muscas ⁊ ranas. q₂ posset aliquis dicere q̄ oīno cōsimiliter affligebant hebrei in deserto p serpētes ignitos q̄ ꝓp̄ꝛ tactu venenoso inflāmauerūt ⁊ occiderūt ideo placuit auctori diuersitatē assignare i hac pte inter afflictiōes illatas egyptijs p huiōi bestias. ⁊ castigationes illatas hebreis p ꝯsimilē modū. Et circa hoc duo facit. Nam primo assignat miraculosā diuersitatē. Secūdo illorum miraculo₄ deo attribuit auctoritatē. secūda ps ibi. Tu es dñe. Circa primū duo facit. Primo ostēdit diuersitatē inter egyptios punitos ⁊ hebreos ex pte eo₄ q̄ patiebātur. Secūdo ex pte penarū q̄ eis infligebāt. secūda ps ibi. S₃ nō i perpetuū. Circa primū duo facit. Primo ostēdit quō diuersimode digni fuerūt punitione. Secūdo quō hebrei habuerūt se in afflictiōne. secūda ps ibi. Eteni cū illis. Circa primum sciendū q̄ egyptij q̄ detinuerāt hebreos. id est filios isrl' p. cccc. annos in seruitute post mortē Joseph. qui etiā ordinauerūt totū masculinū gen⁹ hebreo₄ interfici: merito debēt tradi ad interitū sine quocūq₃ remedio: ⁊ maxime propter duritiā cordis eo₄ ad orationem moysi ⁊ aaron merito debuerunt morti tradi. S₃ hebrei in deserto multo minus peccauerūt. ⁊ iō suffecit q̄ aliqua tali punirent pena p bestias: sicut egyptij quōdam puniti extiterāt vt castigarent in seipis ⁊ ppenderēt q̄ egyptij sustinuerāt in egypto. Et hoc ē qd̄ dicit. Oportebat eni illis quidē. id ē egyptijs sine excusatiōe. i. sine pene mitigatiōe superuenire interitū. i. mortē. exercētibus tyrannidē in eis. Hec tyrānidis est regimē tyranni: ⁊ ē quedā₃ spēs monarchie regalis. q̄ñ aliq̄s p̄ncipat' ꝓp̄lo cōtra eo₄ volūtatē₃ ⁊ ad suū̄ꝑmo soliū vtilitate priuatā. fm Arist. iij. pol'. ⁊. viij. ethi. Usū tyrannidis ē crudelis dñatio. His aūt. i. filijs isrl' oportebat ostendere tñ per sensibilē experientiā in cōsimilib⁹ afflictionibus quēadmodum inimici illo₄ sc₃ egyptij exterminabant. hec aūt ppenderūt sensibiliter. exterminabant morsib⁹ colubro₄. Et hoc ē qd̄ subdit. Eteni cū illis superuenit seua bestia₄ ira sc₃ serpentum ignito₄ immissa vic₃ a deo morsib⁹ puerso₄ colubro₄ exterminabāt id ē aliq̄ murmurātes ꝯ dñm ⁊ nō penitentes mordebant s₃ nō exterminabant. Coluber est gen⁹ serpētis. ⁊ d₂ coluber q̄si colens vmbras q₂ in vmbris sepium cōmorat. ⁊ d₂ Deut. viij. In deserto illo fuerūt serpētes flatu adurētes scorpiones ⁊ dipsades. Dipsas dis. ē genus serpentis: ⁊ d₂ latine situla p ꝯriū: q₂ pmit homines siti. vas vero situla vocatur ꝓpt̄ꝛ qd̄ aufert sitim ⁊ iste situle sūt adeo parue vt cū calcātur vix videant. quo₄ venenū ante extinguit q̄ sentiatur: nec tristiciā₃ sentit moriturus fm magistrū in historia sup. viij. ca. Deutero. Et figurant moralit̄ iste situle demones q̄ bonos viros fedis cogitatiōibus agitāt ⁊ infestāt. iste etiā sūt ita parue q̄ vix vident. ⁊ ex nulla occasione surgūt ⁊ intoxicāt sine molestia. imo cū₃ delectatione perimūt: q̄ñ sunt per delectationē morose. Circa illā clausulam. Oportebat eni illis sine excusatiōe superuenire interitū. Notandū q̄ tria sunt q̄ inexcusabiles reddūt oīo peccatores ⁊ pena dignos ostēdūt: vic₃ magnitudo scie in peccante. fl̄itudo culpe in iudicāte: ⁊ ineptitudo cause in allegāte. Primo ergo reddit hoiem iexcusabilē magnitudo scie i peccāte. Q̄to eni aliq̄s maiorē ⁊ clariorē noticiā hz de deo. tāto magl' peccat ceteris parib⁹. Et iō de phis dicit apl's ad Roma. j. Q̄d inuisibilia dei eis p creaturas innotuerūt: ⁊ tñ euanuerūt in cogitatiōib⁹ suis ⁊ obscuratū ē insipiēs

corꝫ eoꝝ: intm vt idola colueruͤt. nec sup hoc aliq̄ excusant q̄si de deo nullā noticiā habuissent. qꝛ inuisibilia dei p ea q̄ facta sūt intellecta ꝯspiciunt. sempiterna quoqꝫ virt⁹ ei⁹ ⁊ diuinitas ita vt sint inexcusabiles. Sic dicit Saluator de iudeis Joh. xv. Si nō venissez ⁊ locut⁹ eis fuissem: peccatū nō haberēt. nunc aūt de peccō suo nō habēt excusationē. Secūdo reddit hoīez inexcusabilē similitudo culpe in iudicāte. q̄si aliq̄s iudex dephēdit in crimine, p quo solet alios punire. nullā pōt excusationē p̄tendere. Exēplū de falsis iudicib⁹ q̄ volebāt cōdēnare susānam. Dan. xiij. Et iō signant dicit ap̄ls Ro. ij. Inexcusabilis es o hō oīs qui iudicas. in quo eni alterū iudicas: teipsum condēnas. Tertio reddit hoīem inexcusabilem ineptitudo cause in allegante: q̄si eni cā q̄ allegat manifeste nulla est vel cōficta p mēdaciū: non est excusatio: s̄ aggrauatio ad p̄cedens delictū. Exemplū de inuitatis ad cenam Luc. xiiij. qui falsas ⁊ fictas excusatiōes fecerūt ⁊ assignauerūt: a cena fuerūt reprobati ⁊ alij loco eoꝝ vocati. ⁊ iō contra tales excusatiōes maliciosas petit ꝓph̄s. Nō declines cor meū in verba malicie ad excusādas
L excusatiōes in peccatis. Excusant tū se q̄drupliciter hoīes de peccatis suis. Quidā p lasciuiam societatē: quidā p diuinā volūtatē. q̄dam per carnalē fragilitatē. quidam p finalē vtilitatem. Primi dicūt cōtei q̄ dephēdūtur peccasse: mala societas cōpulit me ad hoc malum que quidē excusatio fatuissima putat eē apud iudicē secularem: cū peccat q̄ facimus ⁊ alios coaccuset: s̄ multomagis apud deū nō valet q̄ nouit mali arbitrij libtatē. Vn̄ Sene. i ꝓuerbijs. Omitte excusationē: nēo peccat inuit⁹. ⁊ ē excusatio multoꝝ allegatio socioꝝ. sicut dicūt multi. Quare nō licet mihi? Sic eni facit talis ⁊ talis. Sed ista societas nō excusat peccantez: fm Hiero. in quadam ep̄la. Multitudo sociorū īpunibile nō facit crimē. Secūdo quidaz se excusant p diuinā voluntatem: quoꝝ aliq̄ dicunt deū eos sciuisse peccaturos ⁊ velle eos tales eē nec eis eē imputandū: sed dispositioni diuine ⁊ corpib⁹ celestib⁹ ⁊ cōstellationi. Et tales deū blasphemāt q̄si sit auctor maloꝝ ⁊ vindex factorū q̄ hoīes cauere non psit. Isti aliquo modo figurant p Jacob volētē decipe p̄rem suuz cū patri q̄renti q̄ nō tā cito inuenire potuisset: vnde sibi cibum optatū pararet. R̄ndit: volūtas dei fuit vt mihi cito occurreret q̄d volebā. Gen. xxvij. Isto modo fūt nōnulli mūdi sapiētes iuris ciuilis periti: q̄cq̄d faciūt: colorare legibus ⁊ munire rōnibus sciunt oīno: vt nihil faciant sceleris q̄d nō sit iurib⁹ excusatuz. si hō credere velit eis. Tales assimilāt Dionysio tyranno. de quo narrat Valerius li. j. ca. ij. Iste igressus templa deoꝝ detracto Jouī olympio magni ponderis aureo amictu pāniū laneū ei circūdedit: ⁊ admirātib⁹ illis qui aderāt: q̄ sic sine timore sanctos suos spoliare p̄sūpsit. Respōdit q̄ illud ad dei sui cōmodū fecisset. Naz aureū amictū graue foret p estate ⁊ frigidū p hyeme: laneū quoqꝫ p vtroqꝫ tpe fuit aptum. Iterū esculapio q̄ fuit barba aurea redimitus demi iussit barbā ⁊ auferri. Cui⁹ cām assignauit q̄ Apollo pater su⁹ imbarbis esset. ⁊ nō decebat p̄re carente barba: filiū apparere barbatum. Iterū vittas aureas ⁊ pateras ⁊ coronas q̄ simulachra porrectis manib⁹ sustinebāt tollebat ⁊ se eas accipe nō auferre dicebat: stultū eē cōfirmās a quibus bona precamur: ab his porrigentib⁹ nolle sumere. Isto mō prudētes seculi quātūcūqꝫ flagitiose se habeant contra iura deū ⁊ eccl̄iam sp coloratis rōnibus se excusant. Tertio q̄dā se excusant p carnalē fragilitatē ⁊ dicūt plane blasphemātes deū se nō posse a libidinibus abstinere ꝓpter cōplexionem talē. Cōtra quos arguit Hiero. in explanatiōe fidei ⁊ allegat eū magister suiarū. ij. di. xxxvj. Execramus inq̄t nos blasphemiā eoꝝ qui dicunt impossibile aliquid homini a deo p̄ceptū eē. ⁊ mādata dei nō a singulis: sed ab omnib⁹ in cōmuni posse seruari. Quarto quidā excusant se per finalē vtilitatem: ⁊ tales inueniūtur nōnulli predones: raptores ⁊ iniusti exactores: qui auferūt a diuitib⁹ bona sua sine cōsciencia: colligunt ⁊ recondunt ⁊ elemosynas cām finalē pretēdūt. Isto mō diuersi diuersas excusationes inueniūt: ⁊ cū peccatores existant se tū ꝯtra deū de peccatis defendūt. Vn̄
D Greg⁹. xxj. moral. Vsitatū generis hūani vitium ē libido: peccatū ꝯmittere ⁊ ꝯmissum negando abscōdere ⁊ ꝯuictum defendēdo excusare. Sicut aūt impiū ē peccata q̄ cōmisimus nos ptinaciter excusare: ita virtuosū ē valde p̄ximū nō facilit̄ iudicare s̄ cōpatiendo aliqualiter excusare. cōsiderātes eīs fragilitatis cōditionē: sincere familiaritatis cōmunionē ⁊ vere pietatis exercitationē. Prima eni cōmunis fragilitas qua frequenter oēs erramus debet nos monere ad aliqualit̄ excusandū: nō in ptinaciter defendēdū errores faciles aliorū. vnde Bern. sup cantica sermo. xl. Noli iudicare p̄ximū s̄ magis excusa intentionē si opus nō potes. puta ignorantiam. puta surreptionem puta casum: q̄ si omnes oīno dissimulationez rei certitudo recusat. suade nihilominus tibi ⁊ dicito apud temetipsum vehemens tentatio fuit. Quid de me illa fecisset si illa accepissz in me similiter potestatem? Secundo monere nos debet ad idem sincere familiaritatis communio vt saltem de amicis faciliter mala non credamus. nec etiā de p̄ximis: nec de prelatis vel etate prouectis. Vn̄ de Hiero. i epistola ad rusticuz. Nō est facile malū de prouecta etate credendū quā vita p̄terita defendit ⁊ honorat

vocabulũ dignitatis De amico etiã suo Xenocrate cũ qdã platoni dixisset q dixerat de eo malũ respõdit nõ eẽ sibi credibile q ille quem tñ amabat eũ nõ diligeret. cũq narrãs dictũ suũ se probatuꝝ assereret. Rñdit plato nunq̃ Xenocratẽ talia dixisse nisi expedire iudicasset. Tertio monere nos debet ad idem vere pietatis exercitatio. Piũ est eñi alienos defectus sine lesione iusticie quãtũ fieri põt excusare: ⁊ famã ꝓximoꝝ quãtũ possibile est illesã seruare. Vñ Origenes sup Leuit. xxxiij. ca. Non vult te dñs si forte videris peccatum fratris continuo euolare ad publicũ ⁊ ꝓclamare passim et diuulgare peccata aliena. qđ eẽt vtiq non corrigentis sed infamantis. Unde apostoli Simon ⁊ Judas. Nos inocẽtes absoluere oportet: nocẽtes vero prodere nõ decet.

Lectio CLXXVII

Sed non in perpetuũ ira tua permãsit: sed ad correctionẽ in breui turbati sũt: signum habẽtes salutis ad cõmemorationẽ mãdati legis tue.

Qui enim cõuersus est nõ per hoc qđ videbat sanabat. ſ; p te oĩm saluatorẽ. ⁊ in h̃ ostẽdisti inimicis nostris: q tu es qui liberas ab oĩ malo. Jllos aũt locustaꝝ ⁊ muscaꝝ occiderũt morsus: ⁊ nõ est inuenta sanitas aĩe illoꝝ quoniã digni erãt ab huiõi exterminari. Ostensa diuersitate demeriti inter egyptios punitos per bestias in egypto: ⁊ iter hebreos punitos per bestias in deserto. Jn ista pte ꝓsequit de eadẽ diuersitate supplicij. Fuerũt aũt diuersimode puniti. egyptij ad exterminationez. hebrei vero ad correctionẽ. De punitiõe egyptiorũ p ranas muscas ⁊ cynifes satis ẽ supius tactũ. De punitiõe vero hebreoꝝ ẽ sciẽdũ q sicut habet Numeri. xxj. Cũ pplš in deserto cõtra dñm murmurasset iussit eis serpẽtes ignitos hoc ẽ puos ⁊ veloces ad modũ scyntillaꝝ q tactu venenoso inflãmabãt ⁊ causabãt tumorem ⁊ ruborẽ in carne. ad q̃ꝝ pũcturã qdã vulnerati sũt. quidã vero mortui. Uenerũt ĝ ad moysem ⁊ rogauerũt eũ q oraret ꝓ eis ad dominũ Ad hui⁹ ĝ p̃ces ordinauit dñs: vt faceret figuram serpẽtis de ere ⁊ poneret sup sũmitatẽ pertice ⁊ faceret illuz deferri i populo ⁊ dixit eis q q̃cũq eẽt ꝑcussus a serpẽte ignito statim aspiceret ad serpentẽ eneũ ⁊ curaret. Jstud miraculosũ remediũ ꝓuidit de⁹ filijs isrl̃ in deserto ⁊ fuit figura pulcherrima de passiõe xp̃i sic ipsemet allegauit Joh. iij. Sicut Moyses exaltauit serpẽtẽ in deserto: ita exaltari oportet filiuz hoĩs: vt oĩs qui credit in eũ nõ pereat: sed habeat vitam eternã. De afflictione igit hebreorum p serpẽtes ignitos ⁊ remedio eis cõcesso agit autor in pte ista declarãs qualiter egyptij afflicti fuerĩt sine remedio tãq incorrigibiles hebrei vero cũ remedio tanq̃ filij ad correctionẽ habiles. Et circa hoc tria facit. Nã pmo tãgit hebreoꝝ rõnabilem castigationẽ. Secũdo egyptiorũ miserabilẽ exterminationẽ. Tertio redit ad declarãdã mirabilẽ hebreoꝝ liberationẽ in plaga serpẽtũ. secũda po ibi. Jllos aũt locustarũ. tertia ibi. Filios aũt tuos. Circa pmũ quattuor facit. Nã pmo agit de afflictõis tedio. secũdo de afflictionis remedio. tertio de eiusdẽ remedij autore p̃cipuo. Quarto desine p illud remediũ principaliter intẽto. secunda pars ibi. Habẽtes signũ salutis. tertia ibi. Qui eñi cõuersus. quarta ibi. Et in hoc ostendisti. Dicit eñi sic. Sed nõ in perpetuũ ira tua ꝑmansit. Jra tua. id est pena inflicta per te: hebreis peccãtibus in deserto: nõ fuit exterminatiua oĩm generaliter ſ; castigatiua tantum. vnde subdit. Sed ad correctionẽ in breui turbati sũt. Hiere. xxx. Nõ faciã te in cõsummationem: sed castigabo te in iudicio vt non videaris tibi inoxius. ⁊ hoc in breui. quia Esa. liiij. Jn momento indignatiõis mee abscõdi faciẽ meam parumper a te. Et tamẽ eciã fuerunt in turbatione illa fuerũt habẽtes signũ salutis. scz serpentẽ eneum ad cõmemorationẽ mãdati legis tue. i. sic cõmemorator i lege tua. Nume. xxj. Fac serpentez eneum ⁊ pone eum pro signo. Sed quia ille effectus quo curati fuerũt ad inspectionẽ serpentis enei posset a simplicib⁹ ipsi serpenti attribui ⁊ nõ deo. iõ tertio subiungit. Qui eñi cõuersus est. ⁊c̃. per te christum figuratũ p illum serpentẽ eneũ qui omniũ ẽ saluator. Figurabatur autẽ christus per istum serpentẽ eneũ multipliciter. scz quãtũ ad morum inocẽtiam. quantum ad situs eminentiã: quãtũ ad vite carentiam. ⁊ quãtum ad salutis efficientiã. Primo quantũ ad morũ innocẽtiaz qr sicut illa figura serpentis venenosa apparuit: ⁊ tamẽ nullum venenũ habuit. ita christus carne pcti apparuit ⁊ tñ nullũ peccatũ habuit. nec ẽ inuẽtus dolus i ore ei⁹. Scđo quo ad vite carẽtiam: qr sicut serpens ille vitam nõ habuit ⁊ tamẽ de materia maxime duratiua fuit qr es inter oĩa metalla durabili⁹ ẽ. sic dicit hic glo. ita xp̃s vere mortu⁹ ẽ sm hũanitatẽ ⁊ vere etern⁹ ⁊ imortalis ẽ sm diuinitatez. Tertio quãtũ ad sit⁹ eminẽtiã: qr sic serpẽs posit⁹ fuit sup particã lõgã vt a toto pplõ videret ⁊ a gentib⁹. ita xp̃s i ligno crucis ita alte suspẽdebat vt a toto pplõ videret: vbi eciã adhuc a deuotis mẽtibus per fidem ⁊ amorem cõspicit. Quarto quãtũ ad salutis efficientiã: qr sicut oĩs a vera serpente ꝑcussus si serpentẽ eneũ aspiceret curabatur. Jta quilibet a diabolo vulneratus si christum in cruce consideret per fidem et veniam roget sanatur. Quarto subiungit finem per istud miraculum principaliter intentum: videlicet honorem dei: cum dicit.

A

sᵗ ꝓsuᵗio . ꝓs.

Et in hoc ostēdisti inimicis nostris: q2 in es q̄
liberas ab omni malo. sc3 corporali ⁊ spūali.
Christus eni legit̄ fecisse miracula propt' tria.
Primo ad cōmunē circa quos operabatur vtilit
taté. q2 eos frequēter in corpore ⁊ in aia cura-
bat. Secūdo propt̄ aliorū cōuersionē: q2 mul
ti videtes xp̄i miracula cōuertebāt̄. Tertio p-
pter dei gloriam ⁊ honorem. Joh. ix. Nec hic
peccauit. neq3 parētes eius: sed vt manifesten
tur opera dei i illo. Et eodez mō in proposito
deus istud miraculum fecit ad vtilitatē bono-
rum de filijs israel. ad cōuersionē malorum ⁊
ad gloriam dei dilatādam. Secūdo pricipa
liter in ista lectione agit de egyptiorū i egypto
mirabili per bestias exterminatiōe que propt̄
eorū maliciā sine quocūq3 remedio infligebat̄
vn̄ subdit. Illos autē. id est egyptios lo; custa
rum ⁊ muscarum occiderūt morsus. De q̄bus
locustis dicit̄ Exod. x. Dixit dn̄s ad Moysen
extende manū tuam sup terrā egypti ad locu-
stam vt ascendāt sup eā ⁊ deuorēt omnē herbā
que residua ē grandini. De muscis vō Exod.
viij. habetur. Venit musca grandis in domo
pharaonis. ⁊c̄. Locusta s̄m glosaz super illud
Exo. x. dicit̄ quasi longa hasta. q2 habet lōgio
ra crura retro q̄3 ante. Et s̄m Isido. xij. Ethi.
Est animal paruū noxiū habēs dētem ⁊ plus
q̄3 cetera animalia frugibus nocet. Item s̄m
hiero. sup p̄mū caplm̄ Johel. h̄mōi volatilis
tria sunt noīa successiue s̄m etatē. Nam fetus
locuste anteq̄3 habeat alas vocat̄ bruchus. cu3
incipit volare vocat̄ attelabus: cū plene volat
vocat̄ locusta. De locusta loquēs Basilius in
exameron dicit. Locusta dicit̄ quasi loco stare
faciēs. q2 cū iter arripienti occurrit: malū est ⁊
sinistrū. sicut buso dextrū pretendit. Vel dicit̄
locusta: q2 nūc saltum dat; nūc loco stat. vel q2
p modicū tempus stat in vno loco. Chrys̄. sup
Math. sicut. Locuste sūt volatilia mūda qui
dem s̄ parua. ⁊ nō satis in altum volātia q̄ mā
ducauit Johānes i desertis. Arnolphus cuiz
quidā expositor sic ait. Minimū genus locu-
starū in deserto iudee q̄ pastus ē Johānes vs-
q3 hodie apparet: ⁊ h3 corpusculū in modū di-
giti manus: mēbris exilibus ⁊ breuibus: i her
bis faciliter capit̄. hec ille. Talibus ergo locu-
stis ⁊ muscis exterminabāt̄ egyptij in cōtēptū
⁊ derisionem ⁊ nō per leones vel vrsos vl' for-
tia animalia: quia digni erāt propter eorū ido
latriam a talibus extermiari. Circa illā clau
sulam. signū habētes salutis. Notādū q3 deus
hūano generi multa signa ostēdit. beniuolētie
reminiscētie: prouidētie: ⁊ patiētie. Signa be-
niuolentie sunt oēs creature facte ⁊ create ad
seruiēdum homini. Est enī signū qd̄ vnu3 of-
fert sensui ⁊ aliud intellectui. ⁊ sic omnis crea-
tura sensibilis seipam offert sensui ⁊ deum re-
presentat intellectui boni viatoris. Nemo pōt
hec signa facere. que tu facis nisi fuerit de' cu3
eo. Joh. iij. Signa reminiscētie sunt septē sa-
cramenta ecclesie p que reducimur ad memo-
riam passionis dominice. Hebre. ij. Sal' no-
stra firmata est cōtestāte deo signis ⁊ portētis
⁊ varijs virtutib': ⁊ spiritus sancti distributio-
nibus. Signa prouidētie dabit ante suū aduē
tum; ne dn̄s veniat peccatoribus iprouisus.
et hoc est signū magne curialitatis diuine. nul
lus eni qui aliquid facit qd̄ vellet occultari ap
probat aduētū hominis improuisum: sed pec
cator quilibet facit qd̄ vellet: si posset occultari
⁊ ideo deus mūdo pleno peccatis ventur' pre
mittit signa quedā notabilia: per que homīes
contra ipius aduentum sibi, puideant ⁊ dispo
nāt. De istis signis dicit̄ Luce. xxi. ca. Erūt si-
gna in sole ⁊ luna ⁊ stellis. Dicit Vegetius de
re militari libro. iij. cap. v. Tria inquit genera
cōstat eē signorū p negocijs belli: vi3 vocalia
semiuocalia: ⁊ muta. Vocalia dicunt̄ que hu-
mana voce pferunt̄. sicut duces s̄ordinat ali-
qd̄ certū verbū: quo in cōflictu vtunt̄. sicut de-
us nobiscū. vel triumphus imperatoris. vel ali-
quid cōsimile. Signa semiuocalia sunt que fi
unt per tubam cornu vel buccinā. Signa mu-
ta sunt vexilla. aquila dracones: ⁊ ei ea ista si-
gna ponebāt̄ medietas donatiui oim militu3
cūtium ad bellum, pter duas rōnes. vna fu-
it rō ne si ea habuissent i custodia, ppria i friuo
lis expenderēt: vnde ad vtilitatem eorum pro
uisum fuit q3 sufficiēter sustētabant̄ de ānona
cōmuni. Alia ratio fuit vt per hoc animosi' et
fortius sequerētur signa sua ⁊ ea nullo modo
relinquerēt ex quo peculiū suum casti ēēe ibi-
dem leu ei cōsistere. sed potius ea defenderēt
quātum possent. ista tria signorum genera fa-
ciet christus in aduētu suo secūdo. Na3 signa
vocalia erunt i illa disceptatiōe: sicut d2 Math.
xxv. Esuriui ⁊ nō dedistis mihi mādicere. ⁊c̄.
Signa semiuocalia: quia tuba precedet: ⁊ de
istis simul dicit Apl's. j. Thessal. iiij. Domin' i
iussu ⁊ in voce archangeli ⁊ in tuba dei descen
det de celo. Signa vero muta erūt instrumen
ta passionis christi ⁊ ipsum corpus dominicū
vulneribus insignitum. Dan. vj. Ipse est sal-
uator ⁊ liberator faciēs signa ⁊ prodigia in ce-
lo ⁊ in terra. Signa patiētie dat nobis dn̄s ex-
pectādo nos ad veniā vt redeam' ad gratia3.
Eph. iiij. Nolite cōtristare spūsctū dei i q̄ signa
ti estis i die redēptiōis.

Lectio CLXXVIII

Ilios autē tuos
nec draconū nec venatoꝝ vicerunt
dentes. misericordia eni tua adue-
niēs saluabat illos. In memoriā sermonū tuo
rū exterminabāt̄ ⁊ velocit̄ sanabāt̄ ne i altam
incidētes obliuionē: non possent tuo vti adiu

torio. Eteni neq3 herba: nec malagma sanauit
eos. sed tu⁹ dñe sermo q̄ sanat oīa. Explicata
tribulatiõe egyptijs illata p minutas bestias
q̄bus sine remedio extermīabant. Redit ad
correptionē filiorū isrl' in deserto. a qua cū mi-
rabili adiutorio liberabant. Et circa h̄ tria fac
Nā primo ostēdit huius remedij cām supnatu-
ralē. Secūdo ponit hui⁹ remedij cām finalem
Et tercio excludit ad huius remedij efficientia
oēm cām medicinalē. scdā ps ibi. Nem altam
tertia ibi. Eteni neq3 herba. Quātū ad pri-
A mū dicit sic. Filios aūt tuos ⁊c. q2 fuerunt filij
iō debuerunt castigari. Eccl. vij. Filij tibi sunt
erudi illos ⁊ curua illos a pueritia eorū. In cu
ius figurā dicit ps. Beatus q̄ tenebit ⁊ allidet
paruulos suos ad petrā. id est beat⁹ qui castiga-
bit filios suos vel carnales p naturā: vel spūa-
les p curā ⁊ allidet eos petre. i. xp̄o assuefaci-
ens eos ad opa virtuosa. ⁊ alibi dicit. In ma-
tutino interficiebā oēs peccatores terre. hoc ē
statim in iuuētute vitia peccatorū p castigatio-
nes cōdignas amputari: ⁊ hoc ē cape vulpes
paruulas q̄ demoliunt vineas. Cant. ij. Vn̄ Hie
ro. sup eplam. Ephe. vj. ⁊ habet in Cano. dis.
xxxvij. legāt. Hely sacerdos pater sanct⁹ fuit:
s3 q2 filios nō erudiuit i oī disciplina ⁊ correcti-
one. supinus cecidit ⁊ mortu⁹ ē. Filios aūt tu-
os nec draconū nec venatorū vicerūt dentes.
q2 nec a magnis bestijs i quātitate cuiusmodi
sūt dracones: nec a maliciosis in qualitate cu
iusmodi sūt serpētes minores dño ptegente
ledebāt. Draco eni fm Isid. veneno caret. xij
ethi. ca. viij. ita scribit. Draco maior cūctorum
serpentiū siue oīm aiantiū sup terrā. Hūc greci
draconta vocāt. Vn̄ ⁊ deriuatū ē in latinū. vt
draco diceret q̄ sepe a speluncis extract⁹ fert i
aerē. cōcitaturq3 pp̄ter eū aer. Est aūt cristat⁹
ore paruo ⁊ artis fistulis p quas trahit spiritū
⁊ linguā exurit. Vim autē nō in dentib⁹ sed in
cauda habet. vel bere potius q̄ ictu nocet. in-
noxius est eni a venenis. ⁊ iō huic ad mortē fa
ciēdā venena nō erūt necessaria: q2 si quē liga
uerit occidit. Unde nec elephas tut⁹ ē sui cor-
poris magnitudine. nam circa semitas deli-
tescēs p quas elephantes solito gradiunt cru-
ra eorū nodo illigat ac suffocatos perimit. h
Isi. Fert aūt fz papiā q herba q̄ draconteo di
citur nata sit de sanguine draconis. ⁊ iō sic vo
cata. ⁊ ē dracony coloris. flos vero ei⁹ sicut lin
gua draconis. Si q̄s radicē hui⁹ herbe sanis
cōfricet manib⁹: serpētes sine piculo prēdet. ē
aūt tyriace virtutis si legat mēse Julij. hec pap.
Mirabile ē aūt si veneno careat draco cū scdz
autores aurā spirādo inficiat ⁊ flatu mortifero
pestes ingerat: sicut pz ex narratiōe Aris. lib.
suo de pprietatib⁹ elemētorū. de eo qd̄ cōtigit
tpe Philippi i armenia. et Solin⁹ de mirabili-
bus mundi dicit expresse. q nō in dētib⁹ sed in

cauda venenū habeat: nec obstat q ei⁹ carnes
comedūt ethiopes: sicut dicit ps. Dedisti eam
populo ethiopū escā. qd pōt eē vel q2 venenū
excutiūt aliq̄ arte sicut medici faciūt de serpen
tibus. vel caudā abscidūt: in qua latet venenū
Draconis aūt caro vitrei coloris ē ⁊ ifrigidat
vescētes eā. hinc est q ethiopes in feruida pla
ga habitātes carne draconis libent vescuntur
Mercatores etiā: qd ē mirabile dictu: q̄busdā
carminib⁹ dracones faciūt māsuetos ad tem-
pus. quibus insidētes freno eos regunt vsq3
tūc in ethiopiā veniūt vbi eos vendūt. vt dr in
libro de naturis rerū. Dicit glo. Filios autē
tuos nec draconū: nec venenatorū vicerūt den
tes: misericordia autē tua adueniēs saluauit
eos per aspectū serpentis: sicut in lectione pre
cedēte dictū ē. Subdit aūt cām quare sic affli-
gebātur ⁊ ait. In memoria eni sermonū tuorū
exterminabātur: ⁊ velocit' sanabāt ne in altā
incidētes obliuionē nō possent vti tuo adiuto
rio. Et dicunt tria: vz cā afflictiōis illate. mo
dus medicine collate. ⁊ finis salutis eis date.
Puniebāt eni in memoriā sermonū tuorū: hoc
ē ad memoriā ⁊ cōminationē dei extermina-
bātur. Aliq̄ legunt in memoria dictionalit': q2
obliuio diuinorū sermonū multos duxit in ex-
terminiū. Aliq̄ legūt examinabāt: aliq̄ extermi
nabāt: ⁊ pōt exponi: exterminabāt. i. grauiter
vexabāt. Modus medicine collate subiungit
cū dicit. Et velocit' sanabāt. Finis vero salutis
eis date fuit remotio desperatiōis. vn̄ subdit.
Ne in altā incidētes obliuionē. in altā. i. in p-
fundā: vt nō possēt tuo vti adiutorio desperati
one pueniente cogitationē. Ultimo excludit
ab illo remedio cām naturalē ⁊ dicit sic. Eteni
nec herba: nec malagma sanauit eos: sed tu⁹
dñe sermo q̄ sanat oīa. Malagma idē ē q em-
plastrū. ⁊ dr a malaxo as. qd ē manu laxare et
cōprimere herbas coctas cū oleo vel butyro i
aliq̄ genere gūmi. vl' aliq̄s spēs cōmiscere pro
emplastro: ⁊ nihil tale sanauit eos: s3 sermo dei
q̄ pcepit serpētē eneū fieri ⁊ poni p signo Nu-
meri. xxi. Circa illā clausulā. Tu⁹ sermo dñe B.
sanat oīa. Notādū ē q sermo dei deuote cōce-
ptus sanat oēs infirmitates mortales vel mo-
rales v'tute diuina: vn̄ q̄ ps. Qui ppiciat. om. in.
tu: q̄ sa. o. in. tuas. et sicut medicina nō subito
sanitatis effectū inducit: s3 p pcessū tpis ⁊ cum
mora. ita v'bū auditū aliq̄n̄s auditorē subito
nō cōuertit: s3 cū forte i aīa ei⁹ q̄euit p. xx. ānos.
tūc pmo incipit opari. hz aūt aīa multas infir-
mitates q̄ ad. vij. capitales radicalit' reducūt:
⁊ p. vij. corporeas infirmitates figurāt. Nā su
pbia frenesī cōpat. patet eni freneuc⁹ mētē alie-
natiōē3 q̄ nec bū iudicat de seipso nec de alijs.
imo seip sum iudicat quanto infirmiorē tanto
valentiorē. Eodē mō supbus omnes cōtemnit
et damnat: et se solum sufficientem reputat.

z sibi plus q̃ hz sp arrogat. Istã mẽtis alienati onẽ patiebaſ merito p sua supbia rex Nabuchodonosor, de quo Dañ. iiij. qui dixit deambulãs in aula sua. Nõne hec ẽ babylon magna quã ego edificaui i domũ regis i robore fortitudinis mee z glia decoris mei? Et stati virtute dei eiectus ẽ ab hominib⁹ z cũ feris vixit z passus ẽ mẽtis alienationez z videbaſ sibi q̃ eẽt bos in anterioribus: z in posteriorib⁹ leo: z p⁹ septẽ mẽses restitut⁹ ẽ adp̃ces Danielis ad sensũ: licet nõ stati ad regnuz: z tũc legiſ sic dixisse. Oẽs vie dei iudicia z gradiẽtes in superbia potest humiliare. Dañ. iiij. Cura vo freneſis in p̃ncipio ẽ euacuatio sanguinis z aliorũ supfluorũ q̃ ad cerebrũ ascẽdẽtes pturbãt vsũ rõnis. Et eodẽ mõ verbũ vel sermo dei ostẽdẽs nos vacuos eẽ ab oĩ bono q̃tũ s̃ad nos attinet z a deo habere quicq̃d boni fecerim⁹. z q̃ diu in frenesi supbie detinemur: a nobis sanitatẽ mẽtis recuperare nõ valemus. iuxta illud Eccl. iij. Synagoge supboz nõ ẽ sanitas. z iõ certe optet nos sanguinẽ supbie emittere z effundere supfluos hũores rerũ tpaliũ z cũ vera hũilitate z firma fide currere ad deuz. De q̃ Luc. vj. Oĩs turba q̃rebat eũ tãgere. q̃r virtus de illo exibat z sanabat oẽs. Scda infirmitas spũalis est ira. z hec cõpatur febri acute q̃ hẽs eã patiſ calorẽ ptinuũ z sitim magnã sm Cõstãtinũ li. vij. viati. ca. d̃ cersi. vl' causon. Et isto mõ ẽ de hoĩe iracũdo q̃ statim ad qõlibet vel bũ calorẽ colere sue ostẽdit gestu verbis z vultu. hẽt etiã sitim magnã se metipm vindicãdi: z talis oĩt diẽ incẽdit oẽs vicinos suos p nihilo. Hãc infirmitatem patiebaſ herodes qñ videbat q̃ illusus a magis eẽt: iratus ẽ valde. z mittẽs occidit oẽs pueros q̃ erãt i bethlẽm z i omib⁹ finib⁹ ei⁹. Ecce p̃cessit calor iram z secuta est sitis irrõnabilis vltionis. Istaz infirmitatẽ curat sermo diuin⁹ p̃dicãdo de diuina dulcedine z pietate dei. In cui⁹ figurã legimus Mar. vj. q̃ discipuli vngebãt infirmos oleo z sanabant. Tertia infirmitas ẽ inuidia. et hec cõparaſ febri seu febricitanti. Febricitans nãq̃ modo calescit: mõ frigescit. eodẽ mõ inuidus mõ gaudet de aduersitate bonoz: modo dolet de eoz psperitate. Istã infirmitatẽ patiebatur Saul. j. Regl. xviij. qñ iuuenculas audiuit canere d̃ dauid z ait. Mihi dederũt mille: z dauid decẽ milia. Ista infirmitas putrefacit interiora homis. z cura ei⁹ ẽ sermo diuinus psuadens amicicĩã z gratitudĩnẽ: q̃r sicut inuidia ẽ putredo aĩe: ita amicicia ẽ e⁹ sanitaſ. Prouer. xiiij. Vita carnium sanitas cordis. putredo ossiũ inuidia. Quarta infirmitas spũalis ẽ accidia q̃ cõparaſ paralysi: q̃ ẽ membroz dissolutio z debilitatio: ita q̃ motũ debituz pficere nõ psit patiẽtes eã. Istã infirmitatẽ patiebaſ figuratiue loq̃ẽdo ille q̃. xxxviij. ãnis iacuit aũ piscinã salutiferã z nũq̃ descẽdit in eã vt sanaretur Joh. v. z significat inueteratos dieꝝ malorũ: q̃ cõtinue iacẽt iuxta saci amẽtũ cõfessionis z penitẽtie: z nũq̃ curãt intrare donec debeãt mori. Ista infirmitas sanaſ p valde calid.i: q̃r si ex vna pte cõsideraſ calor pene gehẽnalis. z ex alia pte calor charitatis xp̃i excitãtis ad opationes virtutis: statim de tanta accidia poterit habere curam. Hiere. iij. Conuertimini filij reuertẽtes z sanabo infirmitates vr̃as. Quinta infirmitas spũalis ẽ auaricia z cõpaſ hydropisi sm Bedã. cuius ppietas ẽ: q̃ãto magis bibit tanto plus sitit. Et eodẽ mõ auarus nunq̃ dicit sufficit. hanc infirmitatez patiebaſ diues ille qui dixit Luc. xij. Destruã horrea mea et faciã maiora z illuc cõgregabo oĩa q̃ nata sunt mihi. Istã infirmitatẽ sanat sermo diuin⁹: persuadens elemosynaz z opa pietatis Esa. lviij. Frange esurienti panẽ tuũ: z egenos vagosq̃ induc in domũ tuã: z sequiſ. Tunc erũpet q̃si mane lumẽ tuũ z sanitas tua ci⁹ orieſ. Sexta infirmitas spũalis est gula z ebrietas: subuertens iudiciũ rõis z compatur epilẽsie: que facit hominẽ cadere corpalit': spũalit' autem et mortaliter ad oĩa genera peccatoꝝ cum sit ingressus z ianua oĩuz vitiorũ. Istã infirmitatẽ patiebaſ diues epulo. Luc. xvj. qui induebaſ purpura z bysso z epulabaſ cotidie splendide. Loth etiã inebriat⁹ vtrãq̃ filiã cognouit Gen. xix. Quia hec ẽ infirmitas q̃ nunq̃ sola venit. Hanc sanat sermo diuinus psuadẽs abstinẽtiã rõnabilẽ. Eccl. xxxj. Sanitas ẽ mẽtis z corporis sobrius potus. Septima infirmitas est luxuria: z cõpatur lepre. eo q̃ generaſ ex calore corrupto z deordinato. Et istã infirmitatẽ patiebaſ Salomõ: q̃ habuit vxores reginas quasi septingentas: z concubinas trecentas: z cũ iam senex eẽt deprauatũ ẽ cor eius p mulieres. iij. Regl. xj. Hec est infirmitas cõtagiosa z abominabilis. Vna nanq̃ psona talis centũ põt inficere. et hanc sanat sermo dei: persuadẽs hominu honestã societatẽ z penitentie seueritatẽ: z deuote oĩonis instãtiã. Hec enim oĩa ad curã huius infirmitatis exiguntur. In cuius figura: maria lepra pcussa per septẽ dies fuit exclusa a castris z nõ nisi ad orationẽ moysi sanata. Numeri. xij. dicente Moyse ad dominũ. Deus obsecro: sana eam. Sic g sermo dei sanat oĩa. In cui⁹ figura ẽ Luc. ix. q̃ xp̃s cõuocatis duodecim discipulis misit eos p̃dicare regnũ dei z sanare infirmos.

Lectio CLXXIX

Tu es domine qui

vite z mortis habes ptãtem. z reducis ad portas mortis z reducis. homo autem occidit p maliciã suam z cuz exierit spiritus nõ reuertetur nec reuocabit animaz

que recepta ē sed tuā manū fugere īpossibile ē
Postq̄ spūssanct⁹ declarauit diuersitatē inter
puniōes duas quaꝝ vna est: q̄ exterminauit
egyptios ⁊ altera q̄ puniuit hebreos: q̄r decla
rauit quō miraculose ꝓuidit hebreis de reme
dio quo sanarēt̄ i deserto: vicꝫ de serpēte eneo
In ista pte istoꝝ miraculoꝝ oīm deo attribuit
auctoritatē. Et circa hoc tria facit. Nā primo
deo attribuit puniēdi omnodā potestatē. Se-
cūdo attribuit homini delinquēdi spōtaneam
fatuitatē. Tertio ab hoīe excludit ꝑpune eua-
dēdi liberā facultatē. secūda ps ibi. Hō autem
occidit. tertia ibi. Sed tuā manū. Circa primū
duo facit. Vnū ē q̄ de⁹ hꝫ ptātem vite ⁊ mortis
q̄r in ipo ē ptās vitā auferendi: cōseruādi ⁊ af-
ferendi. Secūdū ē q̄ ipse pōt hoīes deducere ꝑ
afflictiōes intrinsecas vsq̄ ad portas mortis:
⁊ iterū ad vitā ⁊ salutē reparare: ergo in ipo ē
oīpotētia puniendi. Porte mortis sūt graues
infirmitates ⁊ tribulatiōes ꝑ quas hoīes mori
unt̄. Ad egrediendū ꝑ portas debem⁹ nos p̄p
parare. Vnde Seneca epla. lvi. Neminē mor
tem nemo hilario accipit nisi q̄ se ad illā diu cō
posuit. Hasuo ait tā stultū cē qui morē time-
at q̄ qui senectutē. Nā quēadmodū senectus
adolescentiā sequit̄: ita mors senectutē. Vme
re nesciunt qui mori nō vult. vita cū acceptiōe
mortis data ē. Ad hāc itur: quā ideo timere de
mēns ē. q̄r certa expectāt̄ dubia metuunt̄. q̄s
queri pōt in ea cōditiōe se cē in qua nemo nō
est. Prima aūt pars equitatis ē equalitas. Hec Se
neca. ⁊ vult dicere q̄ iniquus est q̄ ꝯtra mortē
murmurat cū oēm hominem mori oporteat.
Secūdo attribuit homini spōtaneā fatuitatē
delinquēdi. Et circa hoc tria facit. Primo dicit
q̄ homo sibyp̄si infligit triplicē mortē: vicꝫ cul
pe nature ⁊ gehēne. Quātū ad mortem culpe
dicit. Homo aūt occidit ꝑ maliciā aīam suā. q̄-
tum ad mortē nature dicit. Cū exierit spūs in
die mortis: nō reuertet̄ ad p̄sentē vitam natu-
raliter. quātuꝫ ad mortem gehēne subdit: nec
reuocabit aīam: q̄ recepta est supple i inferno.
Iob. vij. Sicut ꝯsumit̄ nubes ⁊ ptransit: sic q̄
descēdit ad infernos nō ascēdet. Tertio exclu
dit ab hoīe ꝑpune euadēdi liberā facultatē. Et
q̄tū ad hoc subinfert̄. Sꝫ manū tuā effugere
īpossibile ē: q̄r sicut nec celum effugere potes: sic
etiā nec manū dei. nā si ad occidētē ieris ab oriē
te fugiēdo: celū sup te extēsū ē. si ab aq̄lone ad
austrū sp̄acelo ꝯtineris sicut auis i cauea ⁊ effu
gere nō potes. Eodē mō si fugis deū placatū
accedis ad deū iratū. q̄cūq̄ verteris sp̄ in manu
dei eris: vel puniēte ꝑ delicto: vel premiāte ꝑ
merito. vn̄ bn̄ poeta dixit. Quo fugis Euchilis
q̄scūq̄ accesseris oras. Sub Ioue sp̄ eris. An
nescio lōgis regib⁹ eē man⁹. Hō q̄dē occidit ꝑ
maliciā. Nota q̄ multa mala facit malicia.
Est eni recte rōnis subuersiua. hūane ꝯuersa

tiōis turbatiua. ⁊ in ꝓpriū auctorē reflexiua.
Sciēdū etiā q̄ malicia radicata facit hoīez ma-
le eligere. ⁊ corrūpit bonā estimationē ⁊ verā
de reb⁹: sicut dicit Aris. vj. ethi. Hec ē rō q̄re ma
liciosi cū sint int̄ mille prudētes frequēter fal-
lunt̄ vt ceci. Sap. ij. Excecauit eos malicia eo-
rū. Vn̄ Chryſ. sup. ij. cap. Math. ostēdit q̄mō
malicia herodis fecit eum eē stultum qū inte-
bat̄ occidere xp̄m: ⁊ dicit sic. Cōsidera hic stulti
ciā mixtā dolo tyrānj. aut enim herodes credi
dit scripturis aut nō. Si nō credidit: q̄d inter-
rogabat scripturas: q̄s credit vaniloq̄s? Si cre
didit estimās ꝓphetiā etiā imobilē: quō q̄ spe
rabat illū regē posse interficere quē futuꝝ di-
cebāt scripture? Nā si ꝓphetie credidit: planū
erat ipm aduersus impossibilia conari. Si nō
credidit: tūc nec sibi timere debuit nec puero i
sidiari. Rn̄det Chryſ. Vā sel̄ malignitate ca-
pta sit melior cūctis efficit̄. Tale eni ē vitiū mali-
gnitatis vt a nullo plerūq̄ ipulsa seipaꝫ p̄cipitet
⁊ sepe absq̄ effectu opis crīmosa: ipossibilia
conat̄ efficere. hec Chryſ. Quāuis aūt i vtro-
q̄ sexu multa sit malicia: callidior tn̄ ⁊ cōmuni
or in sexu feminco repit̄. Iuxta illō Eccl. xxv.
Breuis ē oīs malicia sup maliciā mulieris: sors
peccatoꝝ cadet sup illā. vn̄ in eodē capl̄o pau-
lo ante cōparat eā trib⁹ bestijs multū nociuis
⁊ in dicit eā in malicia oīs excellere. Cōparat
eā colubro leoni ⁊ draconi. De colubro dicit sic
Nō ē caput nequi⁹ sup caput colubri: ⁊ nō est
ira sup irā mulieris. De leone ⁊ dracone dicit
sic. Cōmorari leoni ⁊ draconi placebit: q̄ꝫ habi
tare cū muliere neq̄: ⁊ subintellige magis. Cō-
patur aūt colubro q̄druplici rōne. Nā coluber
dr̄ q̄si colēs vmbras. ⁊ mulier vmbras pl⁹ dili-
git q̄ꝫ lucē. Scd̄o coluber totū venenū hꝫ in ca
pite ⁊ mulier ornatū p̄cipuū in velis: coronis
gēmis ⁊ vnguētis in capite suo portat vt ocu-
los intuentiū valeat intoxicare. Tertio colu-
ber totū venenū suuꝫ colligit in fauces: vt per
eas effundat: ⁊ mala mulier os ⁊ fauces totaꝫ
maliciā suā mētiēdo cōtēdēdo detrahēdo effū
dit. Quarto coluber sibilat vt noceat: mala
mulier cātādo: adulādo mirabilit̄ multos fallit
Vn̄ Aug⁹. de singularitate cle. ca. viij. Hoc ve
nenosius ē sup cūcta. q̄ꝺ psallē delectat̄ cui⁹ cā
tu ē tolerabili⁹ audire basiliscū sibulātē. Scd̄o
ꝯpat̄ leoni ꝑpt̄ tria: ꝑpt̄ iracūdiā q̄r sicut leo sine
vidicta placari nō pōt: sic nec mulier. Eccl. xxv.
Nō ē ira sup irā mulieris. Scd̄o sicut leonis ossa
ad inuicē collidant̄ causant ignē. eodē mō mu
lierū v̄ba cōfabulatiōes ⁊ colloq̄a: q̄ꝫtūcūq̄ vi
deantur seriosa et solida: ignēꝫ voluptatis ac
cēdunt. Tertio leonis cautela est: q̄ cauda
sua vestigia sua tegit. et hoc est mulierum pro-
prium crimina sua excusationibus suis ⁊ mē-
dacijs operire. Et ideo signanter dicitur Ec-
clesiastici. xliij. In medio mulieꝝ nolite cōmo

rari. de vestimentis enī pcedit tinea ꝛ a muliere iniqtas viri. In antiquis vestib⁹ ꝛ in nouis similiter nascunt tinee ꝓpter malā custodiā. et certe in antiqssimis vetulis nutrit adhuc tinea libidinis ad lrām. Prima iniqtas viri o muliere pcessit qꝺ in multis bonis viris cōmuniter euenit. Exemplū de sampsone ꝛ dalila. Judi. xvi. Dauid ꝛ bersabee. ii. Reg. xi. Et in multis aliis quoꝝ nō est numerus. Tertio cōparat mala mlier draconi ꝓpter q̄ttuor. Draco habet os puuz. inficit aerem. incedit cristatus et specialiter elephanti insidiatur. Et eodem modo mulier nec̄ os habet paruum per verbū ꝛ vultus simplicitatē in principio. q̄tumcunq̄ etiā si cōmessatrix ꝛ gulosa simlat se in aula tanq̄ appetitu careret. Scđo inficit aerem aspectu suo sicut basiliscus q̄ solo visu interficit hoiem: q nō solū cū videt sed etiā cū videt occidit hoiez. Ad lrām. Mulier menstruata aspectu suo inficit speculū fm Aris. ii. de som. ꝛ vigi. ꝛ facit in eo maculā. Eodē mō mulier mala virū q̄tumcūq̄ sit speculū oim sciētiā repñtans inficit ꝛ maculat si mulieꝝ cōsortio se iniscet vt patet de Salomone. Ecci. xlvii. Inclinasti femora tua mulierib⁹. Tertio draco incedit cristatus ꝛ iste cristas habent in capitib⁹ coronis ꝛ gemmis ꝛ variis ornamētis distinctas.

Quarto elephanti insidiat. Elephas enī est animal castissimū ꝛ tm̄ semel gignit fm Aris. v. ꝛ. viii. de aialibus. ꝛ cū femina fuerit impregnata mas ei nō appropiquat. Isti aiali draco insidiat ꝛ pedes ei⁹ sua cauda cōstringit ꝛ occidit. Moraliter q̄tumcūq̄ homo sit castus: si mulierē malā familiaritatē obligat: cōstringit pedes affectionis sue ꝛ occidit. Vñ Aug⁹. de singularitate cle. ca. viii. Semel dixerim oīe inconueniēs: societas mulierū gluten ē delicatū ꝛ viscus toxicatus q̄ diabol⁹ aucupat. Et sic pēsatis ꝓdictis de mulierū sola malicia possit exponi. qꝛ homo supple ꝑ maliciā mulieris et illicite cōmunicādo occidit animā suā. Vñ v̄sus. Femina corpus opes animā vim lumina vocem Polluit annihilat necat eripit orbat acerbat: redde singula singulis. Scđo principaliter malicia ē hūane cōuersationis turbatiua. Persona enī maliciosa nūq̄ cessat machinare malū: etiā sub specie sanctatis ꝛ iusticie. Vñ Hugo li. i. de aia. Loquit apud se maligna cogitatio vsq̄ quo illū tolero? Cōsentire me ei cōprobor si eū nō corripio. Cōsentiens aūt in eū: deum offēdo. Corripiā ergo ne deū offendā. nihil p mea: s pro dei iniuria vlciscēdo totū facio vno sic illū sibi restituā. Proximū enī corripere ꝛ eū castigare: h nō est, ꝓximo nocere: s prodesse velle. Sic sepe apꝺ se loquit maligna cogitatio. Excecauit enī eū malicia sua. hec Hugo. Hec enī malicia habet currū suū sicut docz Bern. sup Can. q̄tuor rotis cōsistentē: q̄ sunt seuicia: impatiētia: audacia ꝛ impudētia. Vnde enim velox est currus iste ad effundendum sanguinē. qui nec innocētia sistitur: nec patiētia retardat: nec timore seruat: nec pudore inhibet. Trahit aūt a duob⁹ equis ad omnē pnicē. q̄ sūt terrena potētia: ꝛ seculi pompa. Porro ꝓsident his duob⁹ equis aurige duo. videlicet tumor ꝛ liuor. Tumor q̄dē pompā: liuor potētiam regit ꝛ suū ascensorē ducit ad infernū. Vñ Eccs. ix. Corda filioꝝ hoim implent malicia ꝛ cōtemptu in vita sua. ꝛ post hec ad inferos deducent. Tertio malicia ē in autorē ꝓprium reflexiua. Vñ Sene. epla. lxxxii. scđm cōmunes libros ostēdit: q venenū malicie per⁹ est q̄ venenū serpentis: qꝛ licet venenū serpētis mortiferuz sit: alteri tñ serpēti nō nocet. Sz venenū malicie prius ꝛ ꝓncipalit̄ nocet hñti. vñ dicit sic. Malicia ipsaz maximā ptē veneni sui bibit. Illud venenū qꝺ serpentes in alienā perniciem ꝓferunt sine sua cōtinent: nō est huic simile: h habentib⁹ pessimū. h Sene. vñ Greg⁹. xii. mora. Mens praua sp in laborib⁹ est: quia aut molit mala q̄ inferat: vel metuit ne sibi ab aliis inferat ꝛ quicq̄d ꝯtra proximū excogitat hoc ꝯtra se a proximis formidat. hec Greg⁹. Jo signāter Hiere. ii. dicit. Arguet te malicia tua. Et Hiere. iiii. Laua a malicia cor tuū hierusalem: vt salua fias.

Lectio. CLXXX

Egantes enī nos

N se te impii ꝑ fortitudinez brachii tui flagellati sūt nouis aquis ꝛ grandinib⁹ ꝛ pluuiis ꝑsecutionē passi sunt ꝛ p ignem cōsūpti. Qꝺ enī mirabile in aquis erat: q̄ oia extinguit plus ignis valebat. Vindex etenī est orbis iustoꝝ. Postq̄ spūssanct⁹ declarauit q̄modo diuersimode flagellati fuerūt egyptii ꝛ hebrei ꝑ bestias ꝛ aialia. qꝛ egyptii ad exterminationē: hebrei vero ad castigationē. In hac pte cōseq̄nter ostendit quō diuersimode flagellati fuerūt egyptii ꝛ filii israel ꝑ oppositū cōsolati ꝛ hoc ꝑ res insensatas ꝛ elemēta. Et circa h duo facit. Nā primo agit de egyptioꝝ terribili flagellatione. Scđo de hebreoꝝ admirabili cōsolatione. scđa pa ibi. Pro quib⁹ angeloꝝ. Circa primū quinq̄ facit. Primo assignat illi⁹ flagellationis causā principalē. Scđo causā instrumentalē. Tertio eiusdē instrumēti actiuitatez supnaturalē. Quarto eiusdē actiuitatis ꝯgruitatē. Quinto asserit instrumētalis actiuitatis tpalem diuersitatē. scđa pars ibi. Nouis aqs ꝛ grandinib⁹. tertia ps ibi. Qꝺ enī mirabile. q̄rta ibi. Vindex enī. quīta ibi. Quodā enī. Circa ꝑmū dicit. Negantes enī ꝛc. Vbi tāgit causam principalē istius flagellationis. ꝛ est culpa ignorātie. Negantes enī te nosse impii. Exo. v dicit pharao. Nescio dñm: ꝛ israel nō dimittā.

Scdo tangit penã: p fortitudinẽ brachij tui flagellati sũt vt q̄ noluẽt deũ noscere in pace saltez confiteant̃ eũ in tribulatiõe. sicut pharao fecit Exod. ix. Iust⁹ dominus ego aũt ⁊ ppl's me⁹ impius. Vñ Greg⁹. Oculos q̄s culpa claudit pena aperit. Causaz aũt instrumẽtalẽ flagellationis egyptiorum exprimit cõsequẽter cũ dicit. Nouis aquis ⁊ grandinib⁹ ⁊ pluuijs psecutionẽ passi sũt ⁊ consumpti. De ista flagellatione narrat̃ Exo. ix. Quia septima plaga q̄ dñs percussit egyptũ fuit talis. Dñs pluit de celo grandinẽ maximã cõmixtam igni cũ fulgure ⁊ tonitruo ⁊ occidit hoies ⁊ iumenta quocũq̃ in agro reperiebant̃. Illi aũt egyptij q̄ dñm timuerũt se ⁊ iumẽta sua receperũt infra domos qꝛ fuerunt premoniti a Moyse quo tempore caderet grando ⁊ illi nihil mali patiebãtur. Sed illi reprobi qui comminationes dei non timuerunt. sed cuz iumentis in agro reperti sunt generaliter interierunt. Tantum in terra iessen. vbi habitabant filij israel non cecidit grando talis. Fuit ergo mirabile ⁊ cõtra naturã. qꝛ iste impssiones simul fiebãt: fulgura ⁊ grãdo: pluuie ⁊ tonitrua: ⁊ qꝛ ignis descendẽs cũ grandine nõ liquefecit grãdinẽ: nec aq̃ ignẽ. Sz ignis mansit in sua caliditate ad cõburendũ: ⁊ aqua in sua cõgelata frigiditate ad pcutiẽdũ. De ista g̃ mirabili plaga dicit sic. Nouis aquis ⁊ grandinib⁹ ⁊ pluuijs psecutiões passi sũt ⁊ igne cõsũpti. Illi videlicet q̄ extra domos fuerũt. Et dicit nouis aquis: qꝛ in terra egypti naturaliter pluuie nõ descendũt. Sed nylus q̄ p tpe excrescens terrã irrigare consueuit. Et ideo fuit eis ista plaga mirabilis. Sz multo magis fuit mirabile: qꝛ duo ɔtraria fuerunt iuxta se inuicez approximata: ⁊ qꝛ neutrũ eoꝝ egit in aliud: et hoc ẽ qꝛ subdit. Qꝺ eniz mirabile erat in aqua que omnia ardẽtia extinguit: plus ignis valebat. Quarto assignat hui⁹ miraculi congruitatẽ ⁊ dicit: Vindex est eni orbis iustorũ. i. ignis: aq̃ ⁊ ois creatura erexit se in vindictã impiorũ ppt informationẽ iustorũ. Circa istã

B

Quarto in mundanis amicis reperitur defectus: quia multi diligunt viuentes. et mortuos persequuntur et odiunt: cuiusmodi sunt sinuncq̃: fratres: filij: vxor: seruus et executor. Cum enim homo fuerit defunctus: tunc illi q̃ de bonis suis eũ magis iuuare deberent: spoliant et predantur: et sibi appropriant quicq̃d possunt. Unde metrice dicitur. Post mortis morsum vertit dilectio dorsum. Finita vita finit ac amor ita. Per oppositũ xp̃s diligit amatorẽ dum viuit et longe amplius post mortẽ. Joh. xiij. Cum dilexisset suos qui erant in hoc mundo: in finem dilexit eos. id est imppetuũ dilexit eos. Hiere. xxxj. In caritate ꝑpetua dilexi te ⁊ attraxi te. Quarto ostẽdit de⁹ suaz dilectionem ad nos in hoc q̃ preparat nobis voluptatem perennis affluentie. Unde. ij. ad Thessal. ij. Dilexit nos ⁊ dedit ꝯsolationẽ eternam: que quanta sit: sancti nituntur exprimere et non possunt. Unde Aug. de moribus ecclesie. Tanta est pulchritudo iusticie: tanta est iocunditas vite eterne. hoc est incommutabilis veritatis et sapientie: vt etiam si non liceret in ea amplius manere q̃ vnius diei hora ꝓpt̃ hoc solũ anni huius vite innumerabiles: pleni diuitijs et circũfluentia temporalium bonorũ certe merito q̃ contẽnerent. Et Chryso. de reparatione lapsi. Si quotidie oporteret tormenta ꝑferre: si ipsam gehẽnã paruo tp̃e tolerare q̃ vt xp̃m possem⁹ videre in gloria venientẽ: sanctorum eius numero sociari. non erat dignũ pati oẽ qd̃ triste ẽ: mõ vt tãti boni tanteq̃ glorie participes haberemur.

q Uod enim ab igne

non poterat exterminari: statim ab exiguo radio solis calefactũ tabescebat: vt notuz oibus esset: quoniã oportet preuenire solem ad benedictõz tuã. et ad ortũ lucis te adorare. Ingrati enĩ spes tãq̃ hybernalis glacies tabescet et disperiet tãq̃ aqua supuacua. Postq̃ autor declarauit de illo manna qḋ de⁹ dedit pribus i deserto: quãte fuerit dulcedinis in delectãdo. In ista pte psequit̃ q̃nte fuerit fortitudinis in durãdo. Erat enĩ ipi⁹ mira cõditio. qꝛ cũ esset liquefactibilis. nõ liquefiebat ab omni calore igneo. sed a calore solari. Primo ergo ponit ipi⁹ liquefactiõis diuersitatẽ. Scḋo subdit mirabil' conditiõis vtilitatẽ. scḋa ps ibi. Ut notũ esset oibus. Circa primũ dicit sic. Qḋ enĩ ab igne nõ poterat exterminari. i. resolui: stati ab exiguo radio solis orientis: qũ vicz radij sui sunt debilissimi ad calefaciendũ: tũ quia cadit oblique sup terrã: tũ qꝛ frigus nocturno dominat̃ in aere calefactũ tabescebat ꝛ deficiebat. Exo. xvj. Cũq̃ incaluissz sol liquefiebat et ante solis ortum colligebãt illud. Finis siue vtilitas fuit duplex vna quo ad bonos vt essent premoniti quo tpe debebant illud colligere: et q̃tum ad hoc dicit vt notũ omnibus eẽt hebreis in deserto: q̃niã oportet puenire solẽ. i. ortũ solis ad bñdictõez id ẽ ad colligẽdũ mãna qḋ erit eis bñdictio. videlicz bñficiũ datũ a do. Uñ Exo. xvj. Colligebãt aũt singuli mane quãtũ suffiẽe poterat ad vescẽdũ. Et ad ortũ lucis o te adorare pro beneficio mãne: qḋ colligi debuit sũmo mane. Fuerunt multa mirabilia circa cibũ istũ. Primũ qꝛ regulariter dabat̃ omni nocte in abundantia pro toto populo. Scḋo q̃ colligentes singuli certã mẽsurã scilicet gomor: satio inueniebant cum illo domi deportassent quãtũcũq̃ essent edaces: nec qui plus collegerat habuit amplius nec qui minus parauerat reperit minus. Tertio q̃ nõ poterat seruari p noctẽ vsq̃ ad mane. sed si seruabatur scatebat vermib⁹. Et in feria sexta debebat p duab⁹ noctib⁹ colligi: qꝛ sabbato nõ inueniebat̃ in agro: et tunc optime p duos dies potuit seruari. Quarto fuit mirabile q̃ ad modicũ radiũ solis liquefiebat: ꝛ ab igne durescebat. Quinto q̃ sapiebat vnicuiq̃ secũdum suã voluntatẽ saltẽ de bonis vt supius dictũ fuit. Sexto q̃ poterat redigi in puluerez ꝛ trãsformari i panes: et iõ merito poterit dici dei benedictio. Scḋa vtilitas pueniẽs ex ista liquescentia ad ortũ solis ꝛ resistentia ad calorẽ ignis: fuit q̃tũ ad malos. q̃ si negligerent puenire solẽ ꝛ differrẽt expectãdo diuti⁹ ad colligendũ: frustrarent̃ spe sua mãna tabescente et disparente: sicut aqua. Et hoc est quod subdit ad lrãm. Sicut enim ingrati spes. i. manna

A

speratũz durare ab ingrato: qui non credidit mandato domini ḋ tempore colligendi: tanq̃ hybernalis glacies. i. hyemalis non vernalis. tabescet et disparet tanq̃ supuacua. quia veniens colligere post ortum: nihil inueniebat. sed totũ erat liquefactum. Iste est sensus literalis. Exponitur tamen de xp̃o sole iusticie. cuius ortum ad iudiciũ oportet puenire ad habendaz illam bñdictionẽ: de qua Math. xxv. Uenite benedicti patris mei ꝛc. ꝛ oportz ad ortum lucis. id est in aduentu iudicis adorare: et tũc ingrati spes tabescit. Ingrati spes tabescebat. Ingrati sũt deo multiplicit' peccatores. Quidam eniz dona dei non recognant. Quidam enim de suis beneficijs nõ honorant. Quidaz ei sua beneficia exprobrant. Et quidaz contra eum per beneficia pugnant. Primi sunt ingrati qui nunq̃ ponderant preconcessa: sed semp aspirant ad habẽda et non quid receperint de preterito: sed quid recepturi sunt prospiciunt de futuro. Et hec est prima ac potissima causa ingratitudinis. Sicut dicit Seneca. iij. de beneficijs fere in principio. Prima inquit omnium ac potissima causa ingratitudinis est. q̃ nouis semper cupiditatibus occupati. non quid habeam⁹: sed qḋ petam⁹ inspicim⁹. Nõ in id qḋ ẽ sed in id quod petimus intenti sumus. Quicquid est domi vile est. Sequitur autez. vt vbi quod acceperis leuiter noueris: cupiditas fecit q̃ dator eorum non sit in precio. Et ideo non immerito conquerebatur Epycur⁹ assidue. sicut refert Seneca consequenter: q̃ aduersus preterita sumus ingrati. Et quecũq̃ percepimus bona ad memoriam non reducamus. Nec inter voluptates numeremus cum certior nulla sit voluptas: q̃ que iam eripi non potest. presentia bona nondum tota in solido sunt: futura pendent et incerta sũt. Et ideo concludit Seneca q̃ ad hoc q̃ non ingrati simus indigemus bona memoria. quia si ad perfectam scientiam sufficit quedam semel didicisse que semper postea sciuntur. quedam vt sciantur non est satis didicisse: Intercidit enim eorum scientia: nisi continuatur: geometriaz dico et sublimium cursum. Ita beneficia q̃daz magnitudo nõ compatitur excidere q̃dã minora. sed numero plura effluunt: quia non frequenter illa tractamus: nec libenter quid cui debeamus: recognoscamus. Sed hic possz esse dubium an tales beneficia non recognoscentes. sed obliuioni tradentes debeant dici ingrati? Et cum Seneca cum Eburcio amico suo de hac materia disputaret. Eburcius tales non ingratos: sed oblitos vocare solebat: tanquam ea res ingratum excuset que facit. aut per hoc accidat alicui. vt non sit ingratus cuz hoc nõ accidit nisi ingrato. Et ideo distiguit Seneca pñter de ingratis sic. Ingrat⁹ ẽ q̃ bñficiũ

B

se accepisse denegat qd accepit. Ingrat9 ē ille q dissimulat. Ingrat9 ē q non reddit. Ingratissim9 omnium qui oblitus ē. Et hoc pbat. Primo: quia alij qui sunt memores beneficiorū: licet non reddant. sentiūt tñ in aīo se esse debitores ꝛ possūt ex facili occasiōe ad reddendū induci. Isti xo videlicet obliuio totū bñficiū elapsū est. Scdo quia ad reddendum bō multis indiget meminisse qd sine impendio pt. Et iō nūq̄ voluit esse gratus qui bñficiū tā longe piecit: vt extra conceptū suū poneret. De quolibet tali verificat illud Eccl. xx. Ingratus sensus derelinquit liberantē se. Bene enī dicit ingrat9 q memoriā pdidit illius qd sp sensisse debuit. Secundo sūt ingrati qui deū de suis bñficijs non honorant bonoꝝ oīm largitorē p bñficijs gratis impēsis. nec vel mētali agnitōe: nec elomosynaꝝ extrinseca largitione grās recōpensant similes porcis qui glandes continue comedētes ad arborē oculos nūq̄ erigūt. cui9 fructu īcessanter depascūt. Contra q̄s Arist. v. Ethi. cap. viij. ostendit q in famulatu pportionabili cōmanent et cohabitant boni ciues et illi q nō possūt cōsimilia retribuere saltem gratiaꝝ sacramētū spōte faciūt vt retributio sit. hoc enī ppriū est gratie. Est etiā gratiarū actio q̄dā retributio et quasi q̄dā sacramētū in eo q nō potest retribuere ad honorē vel valorē. Refamulari oportet ei qui gratiā fecit. id ē ei seruire in recōpensatiōe collati beneficij. Hinc poete non ad veritatē sed ad voluptatē fabulātes: tres sorores eē finxerūt que grē nominabātur sicut narrat Seneca de beneficijs li. i. que sorores ꝛ filie veneris et liberi ipsi iō ꝑm aliq̄s dicūtur virgines etiā cōplexis manibus vt choꝝ tripudiātū efficiāt: ridētes et plucida veste ac soluta indute quarū due fuerūt ad nos cōuerse. tertia vultū auertit. Uirgines fuerunt eo q incorrupta et sincera intētiōe debēt fieri beneficia. Cōnexis manibus circulū quēdā efficiūt eo q beneficiū de manu ad manū trāsit et tādē iterū redit ad autorē. ridētes sūt: quia beneficia hilarē deberēt habere datorē. plucida veste ac soluta indutē. vel ꝑm antiquos nude fuerūt: quia beneficia cōspici volūt et nō latere. Est enī amicicia beniuolētia nō latēs in cōtrapassia. viij. Ethi. Due cōuertūtur ad nos. et tertia pcedit auersa facie: q̄a beneficiū simplex a facilitate pgreditur: sed dupla redit. Sūt liberi pr̄is et filie veneris: quia ppter amorē et liberalitatē beneficia dari debēt. Cū ergo a deo cōtinue bñficia recepimus: sibi continue regratiari debemus. Unde dicit beat9 Aug9. in epistola ad Marcellinū q nihil melius dicere possum9 q̄ deo gratias. Quid inquit melius vel animo geramus vel ore pferamus. vel calamo scribam9 q̄ deo gratias: Hoc enī dicere nihil breuius: nec audiri letius: nec intelligi gratius: nec agi fructuosius quicq̄ potest. Et ideo dicit Hermes trimegistus li. suo qui logostileos dicit in fine. q non est cōueniens deo thus vel mirtham incēdere et sic eū adorare si nō indiq̄ gratias agentes adoremus. He sūt enī summe incēsiōes cū grātie deo agūtur a mortalibus. Sed timendū est q iā nimis verificat pphetia Apl'i. ij. Timo. iij. In nouissimis diebus instabūt tēpora periculosa et erūt homīes seipsos amātes et ingrati.

Tertio sūt quidā ingrati qui deū de suis beneficijs exprobrant admoduꝫ vxoris ingrate p qua vir in collostergio positus: cui9 enormitatē vxor ei deinceps īproperauit in ppetuū. Istā imitari videtur qui christo suoꝝ vulnerū fatue irādo īproperāt que nūq̄ eteni9 sustinuisset nisi eū charitas ad hoc cogisset. Eccl. xxix. Pascet ꝛ potabit ingratos et adhuc amara audiet. Quarto sūt ingrati qui cōtra deū p beneficia pugnāt qui donis dei ad peccādū vtuntur aliq̄n qui habundāt diuitijs a deo cōcessis vt necessitatibus pauperum succurrant: et hi erunt precipui pauperū oppressores. Alij fortitudine corpis sui vigēt: vt deo p penitētiā seruiāt: et hi specialiter in seruicijs demonū vires suas cōsumūt: ꝛ erūt brigosi: rixosi: predones et latrones. Nonnulli vigēt ingenio naturali q deū colere et se et alios regere deberent. et isti fraudibus et dolis intenti circumueniunt proximos: deseruientes diabolo et non deo. Contra quos Gregorius. xxxij. Moralium. super illud Job. xl. Huic montes herbas ferunt: dicit sic. Dum reprobi de diuinitus acceptis nequaq̄ recta sed praua cogitāt. Quid aliud faciunt: nisi contra deum suis donis pugnant: Quam sententiam expressiꝰ in omelia quadam dicit super illud. Cum audieritis prelia ꝛ seditiones. Omnia inquit que ad vsuꝫ vite accepimus: ad vsum culpe conuertimus. tranq̄llitatē q̄ppe pacis hūane: ad vsū cōuertimus securitatis vane: peregrinationem terre pro habitatione diligimus patrie. salutem corporum in vsum redigimus vitiorum: substāne abundantiam ad peruersitatem intorsimus voluptatis. Hec ille. Hi sunt similes cuculo qui per quandam auiculaꝫ dicitur foueri in nido: quā postea occidit cum etatem adultam habuerit ꝛ comedit. Et tamen istis nō obstantib9 benignus est super ingratos malos. Luce. vj. Ingratum tripliciter punitum inuenio libertuꝫ. Unde apud athenienses conuictus libertus de ingratitudine aduersus patronum: iure libertatis exuebatur. sicut narrat Ualerius libro. ij. capi. j. Dicebatq̄ ei domin9 supersedeo ciuem tanti muneris impium estimatoreꝫ: nec adduci possum vt te credam vrbi vtilem quē de libertate destituo. Abi ergo ꝛ esto seru9. q liber eē nescuisti. Sene. i declamatōib9 narrat d quodā ingrato filio qui ob ingratitudinē su

it a pse vinculatus. Dicens liberi parētes alāt aut vinciant. Et Seneca de bñficijs. Miles q̄dā naufragus litore ē appulsus et i hospitio cuiusdam p tres dies refocillatus: tādem licentiam recipiens ait. Grās tibi referā si imperatorem meū me videre contingat. veniens apud Philippū regē macedonū: pdia illius apud quē hospitatus fuit poscit: annuit Philippus. vir suis expulsus: nō vt iners vel rusticus illud tulit. s ad curiā imperatoris accessit: ingratitudinē militis exposuit. Philippus hec audiens iussit vt reprobissimo militi et igratissimo hospiti stigmata infigerent: q̄ eius ingratitudinē ppetuo testarent et hospiti oīa redderent. Sic g̃ liber' priuilegio priuabat: et filius ingrat' parentibus vinculo carceralib' artabat. et miles ingratus hospiti et amico stigmatibus perpetuis notabatur.

Capitulū. XVII. Lectio. CLXXXVI.

Magna enim sunt

iudicia tua dñe et inenarrabilia verba tua ppter hoc indisciplinate aīe errauerunt. Dū eni psuasum habent iniqui posse dominari nationi tue sancte: vinculis tenebrarum et longe noctis cōpediti inclusi sub tectis fugitiui ppetue puidentie iacuerunt vel placuerunt z latuerūt. Ad commendationē diuine gubernatiōis et excellētiā sapientie icreate. agit auctor in postrema parte sui de speciali pfectione generis iudaici. qd deus sibi adoptauerat. et de miraculosa deiectione generis egyptiaci q̄ filios isrl' captiuauerat multis annis. Afflixit autē deus egyptios decē plagis. Inter q̄s inferebant quedā p bestias et aīalia q̄ū scz illio supueniit seua bestiarum ira: morsibus pluersorum colubrorum exterminabātur: ac draconū et locustarum inuasionib' attriti irremediabiliter torquebāt. Aliq̄ p res insēsatas et elementa: z aliq̄ per corpora supcelestia: vtpote in aq̄rum nouo imisso genere ac grādinibus et pluuijs desup imissis: seu trucidati interemptiōe: sicut supius visū fuit. Iō postq̄ autor declarauit quō egyptij affligebāt p bestias et aīalia: et etiā p res isensatas et elemēta. In ista pte ostēdit quō idē egyptij afflicti fuerūt p corpora celestia. dupliciter eni puniebāt. Uno mō p luminis subtractiōez. Alio mō p pmogenitorum occisionē. et sm hoc diuidit pcessus in duas ptes. Nā pmo agit de noua plaga illata egyptijs que fuit p tenebras palpabiles: sicut dicit Exo. x. Scdo agit de decima plaga q̄ fuit p inumerabiles mortes pmogenitorum. De qua Exo. xij. scda ps infra. ca. xviij. ibi. Cū cogitarent. Circa pmū duo facit. Primo agit d mirabili supplicio tenebrarum illato egyptijs. Scdo de bñficio speciali luminis: tūc rpis collato hebreis ibi. Sanctis aūt tuis. Circa primū q̄nq̄ facit. Nā primo agit de istius pene causalitate. Scdo de ei' irremediabilitate. Tertio de ei' immensitate. Quarto de ei' vniu'salitate. Quinto de ipsius eq̄tate. scda ps ibi. Dū putāt se latere. Tertia ibi. frequēt. q̄rta ibi. Ille aūt q̄ impotentē. q̄nta ibi. Ois eni orbis terrarum. Circa primū duo facit. Quia primo asserit tante pene causā. Scdo eiusdē pene ponit formaz ibi. In vinculis tenebrarū. Causa aūt eius fuit duplex: ex pte dei iusta cōsideratio. z ex pte egyptiorum iniqua conuersatio. Quātū ad primū dicit sic. Magna eni sūt iudicia tua dñe quibus electos .i. filios israel gubernasti et eorum aduersarios flagellasti et inenarrabilia verba tua. id ē facta tua. Deus eni factis loquitur qui dixit z facta sunt. Luce. ij. Transeamus bethleem z videam' hoc verbū qd factū ē. Ex pte egyptiorum fuit duplex iniq̄tas. Una cōtra deū p rebellionem. Alia contra pximū p violentam oppressionē. Fuerūt eni deo rebelles in hoc maxime: q̄ cum eos plagis grauissimis flagellaret: illi nullā disciplinā receperunt. Et quantū ad hoc dicit. Propter hoc. id est quia iudicia dei et flagella eius nō receperūt egyptij ad sui correctionem. indisciplinate aīe errauerunt repugnātes imperijs dei sup dimissione populi sui. Scdo peccauerūt cōtra pximū: scz cōtra filios isrl': sup q̄s vsurpabāt sibi violentā oppressionē. Et quātū ad hoc subdit. Dū eni persuasū habent id est firmiter credunt: iniqui egyptij posse dominari p oppressionē nationi tue. id est populo hebreorū quē deus sibi sanctis dedicauerat legibus deseruire: ecce culpa: z statim subditur pene forma vinculis tenebrarum z longe noctis zc. quasi diceret. Dū egyptij diuinis pdigijs factis p Moysen rebellarent et populū isrl' seruitute solita cogitarēt opprimere: subito tenebris palpabilib' inclusi iacuerūt imobiles. Et tāgit istarum tenebrarum tres cōditiones graues: videlicet palpabilitatē cū dicit. Uinculis tenebrarū cōpediti. Fuit eni aer nō solū priuatus lumine: imo sic cōdensatus q̄ palpari potuit. Uñ ipsi miseri iacuerūt quasi vinculati in tenebris. Dicunt eni quidā q̄ aer pōt cōdensari p artē in tātū q̄ fiat hominum impenetrabilis: s siue hoc sit verum siue non: saltem hoc tunc a deo factum legitur. Exod. x. Erant tenebre in terra egypti vt possent palpari: nec mouit se quisq̄ de loco in quo erat. Scdo tāgit istius ligatiōis diuturnitatē cū dicit. Et lōge noctis. Exodi. x. Tribus dieb' nemo vidit fratrē suū. Tertio tāgit ligatorum imobilitatē: cū dicit. Iacuerūt inclusi sub tectis: q̄r nullibi poterant se vertere ppter aeris densitatē. Fugitiui ppetue puidentie .i. putātes se posse fugere diuinā puidentiā q̄ est imobilis z immutabilis. Sap. xvj. Manū tuā effugere impossibile ē. Rabanus z antiqui hñt. Latuerūt. et tūc sensus nō mutatur. Alij dicūt

Placuerũt: et tũc est sensus q̃ inferi puniti satisfecerunt p penas ppetue pudentie. Magna sũt iudicia tua dñe. Nota q̃ diuina iudicia magna sũt ꝓpter q̃tuor. vicȝ ꝓpter iudicis infallibilitatẽ: ꝓpter iurisdictiõis generalitatẽ. ꝓpter iusticie inflexibilitatẽ. et ꝓpter potentie incõphensibilitatẽ. Primo iudicium dei dicit̃ magnũ ꝓpter iudici inefallibilitatẽ. Humanũ enĩ iudiciũ fallit ⁊ fallit̃. Unde iudiciũ ecclie fallitur nõnũq̃: sicut dicit̃ extra de sen. ex. a nob. ⁊. xxiij. q. iij. Si q̃s. Et cap. Cũ aliq̃o exit. Ubi ibi dicit̃ q̃ ecclesia q̃nq̃ȝ in suo iudicio decipit̃: ⁊ q̃ intrat illã p eã extra mittat: ⁊ q̃ foris ẽ intro mittat̃. Et iõ solius dei est occulta iudicare qui solus nouit corda hoim: vt dicit̃. ij. q. iiij. Consuluisti. Et alibi dicit̃. Diuinũ iudiciũ vsurpãt qui icerta et dubia iudicãt. et iõ dicit. b. Aug⁹. xix. de ciui. dei. q̃ ignorãtia iudicis est plerũq̃ȝ calamitas innocentis. Debet enĩ in iudicio diligens examinatio ꝓcedere iudiciũ siue sniam: ⁊ sententia punitionẽ siue absolutionẽ. Unũ fingunt poete sicut tangit Claudianus in fine secundi maioris: tres fuerũt filij Jouis qui sunt Minos. Eacus. ⁊ Radamancus. qui quoniã in vita sua iustissimi fuerũt. Ideo officiũ apud inferos exercere dicunt̃. Unde fingunt̃ tres iudices esse in inferno: quilibet eorũ antiquissimũ exercens iudiciũ: quis tñ sit qui exerceat iudiciũ vel officiũ dubiũ est: q̃uis a nõnullis dicatur Minos examen Radamãcus dat cruciamẽ. Querere de labe tertius frater habet. De istis nõ est magna cura. sed hoc ẽ certũ q̃ volebant signare p ista q̃ in omni iudicio ista debẽt eẽ. diligens inq̃stio. Sententie ꝓnunciatio. et eiusdẽ executio. Mõ si agamus de iudicio humano: cũ homo iudicare nõ possit: nisi sibi allegata et ꝓbata et frequẽter cõtingat falsa ꝓbari ꝓbatõe iuris: cõsequẽs ẽ oẽm i terrenũ iudicem fallibilẽ eẽ: sed solus deus ẽ qui errare nõ põt: de quo solo verificat̃ illud Prouer. xvj. Diuinatio in labijs regis nõ errabit in iudicio os eius. Secundo iudiciũ dei dicit̃ magnum. propter iurisdictionum generalitatem. Nullus enim homo est cuius dominium ad omnẽ locum se extendat. Deus autem omnes gentes iudicabit. Johannis. v. Pater omne iudiciũ dedit filio. Et Johel. iij. Consurgãt ⁊ ascẽdant gentes in vallem Josaphat: q̃ ibi sedebo vt iudicem omnes gentes. ij. Cor. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi. vt referat vnusquisq̃ȝ. Et Chryso. omelia. xix. Loquens in impfecto opere de die iudicij sic dicit. In qua die quando venerit in maiestate sua quando iam nemo ausus garrula contentione sermonem aut mendacium defendere: aut contradicere veritati: quando non os loquitur et opus absconditur: sicut in hoc tempore: sed econtra opera singulorum loquent̃ et ora tacebũt: nõ q̃ñ persona iterrogatur ⁊ cõscientia non videtur. sed econtra conscientia discutitur et persona confunditur: q̃ñdo nemo excusat peccatorem: sed omnes accusant. nec alter pro altero interueniet: sed singuli sibi timebunt: quia in illo iudicio non erunt testes adulatores: sed angeli veraces. nõ erunt iudicantes personarum acceptores: sed deus qui iustus est reddet vnicuiq̃ȝ secundũ opera. Hec Chryso. Narrat Ouidius. xv. metamor. Mos erat antiquis niueis atrisq̃ȝ lapillis: his damnare reos: illis absoluere culpas. Mos enim suus modus fuit sententiam proferre signo nõ voce: quia si accusatus debebat absolui effundebãt de vrna corã toto populo aliquos lapilli albi. et si debuit damnari: nigri. Eodem modo i iudicio generali quilibet fundet de vrna sua. i. de cõscientia propria lapides quales ipsemet immisit. id est opera dura et imperpetuum per senerantia quantum ad meritum vel reatum: et si fundat opera alba: saluabitur: si nigra peccata: condemnabit̃. Naum secundo. dicitur de damnatis. Facies omniũ sicut nigredo olle. Tertio iudicium dei dicatur magnum propter iusticie inflexibilitatẽ sicut dicit Isidorus de summo bono ⁊ in Canone. xj. q. iij. Quatuor modis peruertitur humanum iudicium: timore: cupiditate: odio et amore. Deus autem nullum istorum modorum corrumpi poterit. Non timore: quia omnipotens est et nullius metum habet. Job xxij. Nunquid timens arguet te et veniet tecum ad iudicium: quasi diceret non: immo q̃uo potentiores tanto grauiores sententiam pfert duriorẽ. Sapientie sexto. Potentes potenter tormenta patientur. Et ibidem. Fortioribus fortior instat cruciatio. Fingitur q̃ leo semel tenuit curiam bestiarum. debuitq̃ȝ vnaqueq̃ȝ semetipsam proclamare de culpis coram leone. Asinus ait: Sequebar inquit aliquando plaustrum plenum feno: et cum manipulus feni cecidisset de plaustro accepi ⁊ comedi. Cui leo. Male inquit errasti miser: et cõtra legẽ ⁊ fidelitatẽ fecisti. Debebas enim ei qui perdidit reddidisse: ergo de ꝓcepto leonis verberabat̃ ad mortẽ. Accessit lupus et ait. Dñe: Circuiui aliquando greges ouium et armentorum et rapui aliquando agnum tenerum et strangulaui: aliquando pinguem vitulũ quando eum attingere poteram: quandoq̃ȝ ouem: quandoq̃ȝ hedum. Cui leo. Dimittas in qui carissime talia ponderare. nimis strictam conscientiam habes. Naturale est tibi sic facere. ⁊ nemo faciẽs q̃d natura dictat peccat. Sic a falso iudice lup⁹ iustificatur et asinus inocẽs verberatur. Non sic erit de iudice christo qui nullũ timet: imo sicut dicit̃ Sapiẽtie. vj. Judiciũ durissimũ his q̃ p̃sunt fiet. nec corrũpi cupi-

ditate poterit: q2 ditissim⁹ est: nec odio q2 opti-
mus: nec amore q2 iustissimus. Job. xxxiiij.
Vere enī deus nō cōdemnabit frustra: nec oi-
potens subuertet iudiciū. Et Tob. iij. Oia iu-
dicia tua vera sūt. Quarto iudiciū dei dicit
magnū ꝓpter sue potentie incōphensibilitatē
Ro. xi. O altitudo diuitiarū sa. & sci. dei: q̄ȝ in
cōprehensibilia sūt iudicia eius: et inuestigabi
les vie illius. Ista sūt occulta iudicia dei qb⁹ ho
mines disponit & regit in p̄senti permittēdo iu
stū affligi et iniustū extolli: que a nobis mō nō
vident: sed patebūt clarius quando sicum sicu
ti est videbimus.

Lectō. CLXXXVII.

C Dum putant se latere in obscuris peccatis: tenebroso
obliuionis velamēto dispsi sūt pauentes hor-
rēde et cū admiratiōe vel turbatōe nimia per-
turbati: neq3 enī q̄ continebat illos spelunca si
ne timore custodiebat: qm̄ sonitus descēdēs p
turbabat illos: et psōe tristes illis apparētes pa
uorē illis prestabant. Postq̄ȝ auctor descrip
sit tenebras triduanas oliȝ illatas egyptijs q̄n
tū ad earū densitatē: q2 fuerūt palpabiles. In
ista pte describit easdē q̄ntū ad puniendi pote-
statē ostēdens q2 nullū remediū potuerūt egy-
ptij adhibere quo contra tenebras se iuuarēt
negabat eis remediū tā intrinsecū q̄ȝ extrinse-
cū. Intrinsecū remediū possent sibi sperasse p
animosam audaciā cordis. sed contra illud re-
mediū habuerūt pauorē maximū: vt null⁹ q̄n
tūcunq3 cordatus posset aliū animare. Primo
ḡ ostendit eos caruisse remedio consolationis
cuiuslibet ab intrinseco. Scdo ostendit eos ca-
ruisse remedio qd̄ possent sperasse ab extrinse-
co. scd̄a ps ibi. Neq3 enī que ꝯtinebat. Qn-
B tum ad primū tangit tria grauia ꝓpter q̄ potu
it tūc tpis null⁹ aliū cōsolari. fuerūt enī dispsi lo
cali sepatiōe. fuerūt pauidi et pcussi stupefacti-
one: fuerūt turbati et positi in nimia admirati
one. Vn̄ dicit sic. Et dū putāt supple egyptij se
latere in obscuris peccatis tenebroso obliuio-
nis velamēto dispsi sūt. Aerē tenebrosū vocat
velamentū obliuionis. sicut enī lumē efficit et
figurat scientiam: ita tenebre obliuionē desig-
nant et ignorantiā. Dicuntur peccata obscura
ꝓpter effectū: quia auferūt cognitiōeȝ vere lu-
cis. Ephe. iiij. Tenebris obscuratū habentes
intellectū. Et q2 ducunt ad obscuritatē inferni
In p̄o. Obscurāt oculi eoꝝ ne videāt. Sic er-
go fuerūt illi egyptij dispsi abinuicē: q2 q̄dam
erant in domib⁹ et q̄dā in agris: et illi q̄ ꝓpe se
erant: reputabant se multū distare ꝓpter te-
nebras palpabiles iterpositas. Vn̄ fuerūt pa-
uentes horrēde et cū admiratiōe pturpati. Cō
sequent excludit ab eis remediū qd̄ possēt spe-
rasse ab extrīseco. Possent aūt sperasse triplex
remediū ab extrīseco cōtra illas tenebras. Pri
mo loci securitatē. Scdo ignis claritatē. Ter-
tio magoꝝ suoꝝ subtilitatē. et ideo ista tria ab
eis excludit. pmū ibi. Neq3 enī cōtinebat. secū
dū ibi. Ignis q̄dē. tertiū ibi. Et magice artis.

Quātū ad p̄mū a loco ꝑtinēte eos durātib⁹
illis tenebris nullū habebāt solatiū ꝓpter duo
Primo ꝓpter strepitū que audiebāt in loco q2
quelibet terrebat ille son⁹. Secūdo ꝓpter me-
lancholicas imaginatiōes de demonib⁹ & mor-
tuis homib⁹. Vn̄ dicit sic. Nec enī illa q̄ ꝯtine-
bat illos spelūca: q2 ad foueas et cauernas mu-
ti ꝯfugerāt: sine timore custodiebat: qm̄ sonit⁹
descēdēs pturbabat illos et psone tristes illis
apparētes visiōe imaginaria pauorē p̄stabant.
Et psone tristes illis apparētes. Nota q2 q̄tu
or sūt genera mala tristiū p̄sonarū q̄ ducūt cō-
muniter in tristicia dies suos: vicȝ inuidi & pfidi
cupidi et stupidi. Inuidi mordaces: pfidi falla
ces: cupidi tenaces & stupidi pnaces. Primo
videm⁹ q2 omēs inuidi sūt cōiter tristes. Unde
Ouidius. ij. Metamor. fabulat q̄liter Pallas
iuit ad inuidiā vt procuraret mortem Aglantis
vbi describit q̄tuor ad inuidiā ptinēcia: vicȝ do
mū: psonā: escam et viā. Domū describit. Pro
tin⁹ inuidie nigro squalētia thabo. Tecta petit
dom⁹ et ē in vallib⁹ imis. Abdita sole carēs nō
nulli peruia vento. Tristis & ignaui plenissima
frigoris et que. Igne vacat sēp: caligine semp
abundat. Vult ergo dicere q2 domus inuidie
est situata in vallibus pro tanto q2 persone hu
miles inuident superioribus: et omnino inui-
dus ideo inuidet: quia se inferiorem alio i ali-
quo quod aperit esse videt. Inferior planeta
eclipsat superiorem: et non econtra: sicut patȝ
de luna et sole et ita regulariter illi qui minus
valent et sunt gratijs et meritis inferiores ob-
umbrare nituntur per inuidiam meliores. Et
ideo signanter dicit Job. v. Paruulum occi-
dit inuidia. Unde merito dicitur q2 domus in
uidie est in imis vallibus situata. Tectū huius
domus est coopertum squalenti tabe. id est ve
neno squalore et languore. Nam tota locutio
inuidi est de peccato: tota consideratio de defe
ctibus electorum. Item domus inuidie caret
sole: quia nunq̄ȝ gaudet de ꝓsperitate: seu feli-
citate proximorum: imo venti bonarum nar-
rationū eum occidunt. Itē domus inuidie est
tristis. Dicit enī Damascenus. q2 inuidia est tri
sticia de alienis bonis. Vn̄ sicut bufo tristatur
de bono odore vinearū florentium: ita inuid⁹
de profectu valentium personarum. Item do
mus inuidie semp caret igne: et est plena frigo
re: quia nullus inuidus feruet caritate. caligi-
ne tn̄ semp abundat: q2 nunq̄ȝ bene iudicat in
uidus de personis. Secundo quantum ad
escam dicitur q2 Pallas eam inuenit comedē-
tem carnes vipereas. Nā omnis inuid⁹ pascit

6 malignis cogitationibus ⁊ machinationib⁹
turbatiuo alioꝝ. Tertio ꝑsonã inuidi descri-
bit Ouidius sic. Pallor in ore sedet macies in
corpore toto. Nusq̃ recta facies liuent rubigi
ne dẽtes. Pectora velle virent lingua est suffu
sa veneno. Risus abest nisi quẽ visi fecẽ dolo-
res. Nec fruitur somno vigilãtib⁹ excita curis.
Sed videt ingratos intabescitq̃ vidẽdo. Suc
cessus hoim carpit ⁊ carpit vna: Suppliciũq̃
suũ est. Quarto viã ⁊ modũ incedẽdi inuidie
euntis vel suo Athenas describit sic. Indolu-
it baculũq̃ capit quem spinea totum. Uincla
cingebant opertaq̃ nubibus atris. Quaq̃ in
greditur florentia proterit arua Exuritq̃ her-
bas ⁊ sũma cacumina carpit. Afflatuq̃ suo po
pulos vrbesq̃ domosq̃ Polluit. Ecce modus
nocendi quẽ inuidus semp obseruat. Portat
baculũ plenũ spinis: quia illud vnde fulcire de
beret pũgit ⁊ nõ portat: quia nõ est q̃d inuidũ
posset delectari: atris nubibus operit: q: inui
dus ⁊ detractor nunq̃ clarã sed obscuraz dicit
sententiã de illo cui nocere ꝓponit. Itẽ quaq̃
i ngreditur florentia proterit arua: q: inuidus
nulli nocet nisi aliqua virtute florescat. Unde
Ualeri⁹ li. iiij. Nulla tam honesta ciuitas que
malignitatis dẽtes possit vitare. Diuites eniz
sunt alienis iacturis: locupletes . funerib⁹. Un-
de quidã interrogatus quõ inuidus nõ habe-
retur? Respõdit: si nihil inquit ex magnis re-
bus habueris: aut nihil feliciter ans gesseris: nã
sola miseria caret inuidia. Unde Tullius vlti
mo rethorice ponit exemplũ de colore qui vo-
catur gradatio ⁊ ait. Affricano industriã: iusticia
veritatẽ: veritas gloriam ⁊ gloria emulationẽ
parit. Quarto dicit q̃ exurit herbas. id est iu-
uenes ꝓficientes: sicut talpa ceca que moratur
in terra ⁊ radices herbarũ rodit ⁊ impẽdit ab
augmẽto ⁊ nõ solũ herbas imo sũma cacumi-
na carpit q̃r ꝓ ꝯtra superiores suos ꝑlatos et
dominos inuidus quisq̃ garrit. Ultimo dicit
q̃ ex afflatu suo. id est verbo malicioso polluit
omnẽ populum ⁊ vrbẽ quã attingit: hoc est ꝑ
nium genus tristiũ personarũ. De quo tristi-
cia dicit Prouer. xxv. Sicut tinea vestimẽto ⁊
vermes ligno: ita tristicia nocet cordi. Eccl. xxx.
Tristiciã longe expelle a te: multos eñ occidit
tristicia. Secũdo videm⁹ q̃ omnes ꝑfidi ⁊ falla
ces sunt cõmuniter mali ⁊ tristes. Unde hypo
crite vt decipiãt alios quandã exteriorẽ tristici
am simulant ⁊ sanctitatez: Cõtra quos monet
saluator. Math. vj. Cũ ieiunatis nolite fieri sicut
hypocrite tristes. Tales sunt iocũdissimi in la-
sciuis occulto: ⁊ tristissimi q̃tũ ad apparẽtiã
in publico: similes gellie de qua Marcialis co
cus li. epigra. iij. Sene. epl'a. xxxv. Ambro. in
quodã sermone. Latet plerũq̃ sb tristi amictu
lasciuia: ⁊ deformis horror vili veste obtexitur
vt secreta tegantur petulantiũ animorum. Cõ
tra tales Oratius. Nunq̃ te fallant animi vel
agni sub vulpe latẽtes. Impius sub dulce mel-
le venena latent. Tertiũ genus tristiũ perso
narũ sunt cupidi ⁊ tenaces auari ⁊ Nabal
qui semp sunt in timore ⁊ dolore quomodo ali
quid acquirant vel acquisita retineant. Eccs.
ij. Cuncti dies eius erumnis ⁊ doloribus ple-
ni sunt: nec per noctẽ mente requiescunt. Ta-
lis fuit ille iuuenis cui saluator dixit Math.
xix. Si vis perfectus esse vade ⁊ vende omnia
que habes ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis thesau
rũ in celo: ⁊ veni seq̃re me ⁊ abijt tristis. Erat
eñi habens possessiones multas. Cõtra quos
dicitur Eccl. iiij. Declina pauperi aurez tuam
sine tristicia. Quartuz genus male tristiũ per-
sonarũ in presenti sunt stupidi ⁊ pertinaces q̃
de dei clementia ⁊ pietate diffidunt. quorũ ali-
qui de pctis ꝓprijs sic irremediabilit' tristant'
vt dicant sacramentũ penitentie eis non posse
sufficere ad salutem. Uel quia iusticia dei non
permittat cũ penitentibus misereri. Cõtra q̃s
ps. alloquens animã suaz dicit sic. Quare tri-
stis es anima mea ⁊ quare cõturbas me ⁊c. Ali
qui sunt de istis sicut qui mortẽ amicorũ suoꝝ
inconsolabiliter nimis plangũt: quasi nihil de
eorum beatitudine ⁊ resurrectione futura de-
sperẽt. Cõtra quos Apostolus. j. Thessal. iiij.
Nolo vos ignorare fratres de dormientibus
vt nõ cõtristemini sicut ⁊ ceteri qui spem nõ ha-
bent. Et qui istud genus tristicie sunt patiẽtes
miserrimi sunt et de miseria presenti vadunt
ad miseriã eternã. Contra quos signanter di-
citur Eccl. xiiij. Felix qui non habuit animi tri
sticiam ⁊ nõ excidit a spe sua.

Lectio. CLXXXVIII.

T ignis quidem

nulla vis poterat illis lumen prebe-
re: nec siderũ limpide flãme illumi-
nare poterãt illã noctez horrendã. Apparebat
eñi illis ignis subitaneus timore plenus: et ti-
more illius ꝑcussi que faciei videbãtur: estima-
bant deteriora esse que nõ videbãtur. Post
q̃ declarauit auctor q̃ egyptij tenebris fuerũt
circũclusi ⁊ nullũ potuerũt habere remedium
s loco eos cõtinente. In parte ista ꝓsequit' cõ-
sequẽter ostendẽs q̃ nec remediũ habere po-
tuerũt a quacũq̃ luce tenebras expellẽte. Ex-
pulit autem tenebras lux duplex. videlicet ele-
mentaris ⁊ celestis. Et ideo ostendendo q̃ nul
la talis lux eis valere potuit. Primo ostẽdit q̃
eis valere nõ potuit ignis cõmunis. Secũdo
q̃ nec ignis celestis. Tertio q̃ nec ignis in me-
dio aeris ex impressiõibus generatus nullũ eis
adhibuit remediũ: imo auxit potius eoꝝ tediũ
Scda pars ibi. Nec sideꝝ. Tertia ibi. Appare-
bat eñi. Quãtũ ad ꝓmũ dicit. Et ignis qui-
dẽ nulla vis poterat illis lumẽ ꝓbẽ nec siderũ

limpide flãme illuminare poterãt ꝛc. ꝓpter dẽ
sitatẽ aeris tenebroſi. Et bñ dicit nulla vis ig-
nis: q2 nec calor ꝛ rarefactiõis: nec lumẽ illuſtra
tionis potuit illũ aerẽ illuminare nec tabeface
re. Et qd mirũ ſi ignis materialis ꝛ cõis hoc fa
cere nõ poſſet: cũ nec ſiderũ limpide flãme illu
minare poterãt illã noctẽ horrendã. Conſeq̃n
ter oſtendit ꝙ ignis ex impſſionib⁹ generatus
nullũ eis adhibuit remediũ. Imo auxit penas
eoꝝ rediũ ꝛ quãtũ ad hoc dicit. Apparebat aũt
illis ſubitaneꝰ ignis timore plen⁹. i. ſubita cho-
ruſcatio fulguris. Sed ↄtra. Si apparebat illis
choruſcatio. ꝗ aer fuit illuminatus. Verũ eſt
aer fuit ꝑ vices obſcuratus ꝛ etiã illuminat⁹ et
iſta viciſſitudo plus terruit eos ꝗ̃ ſi fuiſſent te
nebre ↄtinuate. Unde qñ dixit ꝙ nulla vis ig-
nis potuit illis lumẽ ꝓbere. Intelligit ꝙ nullũ
lumen habuerũt ad coꝝ ſolaciũ ſed potius ad
penã ꝛ ſupplicũ. Simul eñ cũ illis choruſcati-
onibus illuminãtibus ſubito aerẽ caliginoſũ
ꝛ ſpiſſum apparuerũt illis perſone triſtes ꝛ hor
ribiles demonũ accipientiũ effigies mortuoꝝ:
ꝛ facies laruatas ad terrendũ eos. quod fuit
eis valde penale nõ ſolũ ꝓpter illa que imagi-
nabãtur ex viſis: ꝛ hoc ẽ quod ſubdit. Et timo
re illuſ ꝑcuſſi que videbant faciei. Vel corpo-
rali viſione vel imaginaria eſtimabãt deterio-
ra eſſe que nõ videbãtur: q2 ex malis viſis eſti-
mabant peiora eſſe futura ꝛ ſic fuerũt in maxi

A mo timore ꝛ miſeria. Notandũ ꝙ pena iſto-
rum egyptioꝝ aſſimilat in multis pene infer-
nali. Apparebat nãq3 illis ſubitaneus ignis ti-
more plenus. Tũ quia repẽte venit: tũ q2 ad
plenũ punit. Quantũ ad primũ. i. Theſſal.
vltimo. Cũ dixerint pax ꝛ ſecuritas tunc repẽ-
tinus eis ſupueniet interit⁹ ſicut dolor in vte-
ro habentis ꝛ nõ effugient. Quantũ ad ſecun
dũ Apoc. xviij. Quantũ glorificauit ſe ꝛ in de-
licijs fuit: tantũ date illi tormentũ ꝛ luctum.
Occaſione illius ſimilitudinis moueo iſtã du
bitationẽ. Utrũ ignis corporalis puniet in in
ferno dãnatos? Et arguit ꝙ nõ: q2 ſi ſic. ignis
ille calefaceret corpora dãnatoꝝ: ꝛ ſic cũ nul
lum ſit reſiſtẽs qd poſſit actionẽ ignis diminu
ere vel remittere: ſequeret ꝙ ignis ille calefaci
et de facto: corpus iude vel cuiuſcũq3 alterius
vltra quelibet gradũ ſignatũ: ꝛ cũ ſit aliq̃s gra
dus caloris excedens ꝓportionẽ cõplexionis
humane. ſequit ꝙ ꝑ calefactionẽ talẽ corrũpere
tur corp⁹ hũanũ ꝛ fieret ſeparatio anime a cor-
pore. Vel oportebit dicere ꝙ aliqua caliditas
que ſufficit corrũpere vitã maxime ſane cõple
xionis nõ ſufficiet corrũpere vitã cõplexionis
in cẽtuplo debilioris. Scdo ſi ignis affligeret
iſta corpora futura in inferno. ꝗ cũ ſit agẽs na-
turale ꝛ nõ voluntariũ agit vniformiter ꝑ me-
diũ vniformẽ ꝑ omnia corpa equaliter approxi
mata. ergo equaliter affliget minus mali cor-
pus ſicut peioris ſi fuerit equaliter approxima
tũ. Tertio ſi ibi erit ignis. ergo ibi erit aliq̃d
lumen: conſequens eſt falſum. quia dicitur
Math. xxij. Ligatis manibus ꝛ pedib⁹ ꝓijci-
te eũ in tenebras exteriores. Sup q̃ dit Greg⁹.
Si ignis ille lumẽ haberet: in tenebras exteri-
ores nõ diceret mitti. Et Baſilius dicit ſup il-
lud ꝑs. Vox domini intercidẽtis flammã ig-
nis. ꝙ virtute diuina ſeparabit claritas ignis
ab eius virtute aduſtiua: ita ꝙ claritas cedet in
gaudiũ ſanctoꝝ ꝛ vſtiuum ignis in tormentũ
damnãdoꝝ. ergo ibi nullũ lumẽ erit. Quar-
to ſi ignis ſit ſub terra: hoc eſt ꝑ violentiã: ſed
nullum violentum eſt eternum. i. de celo. er-
go ignis ille nõ erit eternus. Quinto ſic. Que
ro an infernus ſit idẽ locus cũ purgatorio: et
ignis eiuſdẽ rationis: hic ꝛ ibi vel nõ? Si ſic: ꝗ
concedendũ eſt ꝙ decedẽtes cũ caritate vadũt
ad infernũ. Si nõ. Cõtra. Sancti patres ante
mortẽ chriſti purgabantur: ſed nõ purgabant
in aliquo loco ſupra lymbũ patrũ: nec i lymbo
ergo in inferno. Antecedẽs iſtius cõſequẽtie
ꝓz: q2 in lymbo nõ eſt pena ſenſus. Ad oppoſi
tũ videt eſſe illud Math. xxv. Diſcedite a me
maledicti in ignẽ eternũ. ergo dãnandi erunt
in igne eterno. Nõ aũt ignis corporalis ſit: di
cit Greg⁹. liij. dialo. Ignẽ gehenne corporeũ
eſſe in quo certũ eſt corpa cruciari nõ ambigo.

B In iſta dubitatiõe nõ eſt querẽda noua fictio:
ſꝫ cũ reuerẽtia recitanda ſũt dicta ſanctoꝝ. Vo
lo igit recitare quid de igne inferni: quid d lo-
co inferni: quid de loco ꝛ igne purgatorij ſen-
ſerũt doctores antiqui. Aug⁹. xij. ſup Geñ. ad
litteram ſenſit ꝙ anime maloꝝ poſt mortẽ nõ
ꝑ corpora ſed per corpoꝝ ſimilitudines in ani
ma cauſatas affliguntur. Unde vult ibi ꝙ ig-
nis ille ſpiritualis eſt: nõ corporalis. Similiter
dicit de loco: ſed poſtea illud retractat tenẽs ꝙ
locus ille ſit corporeus ꝛ ſub terra. Et ꝙ ignis
ſit corpeus ꝛ ſub terra ardet. Greg⁹. iiij. dial.
dicit. Ignẽ infernalẽ corporalẽ eſſe non ambi
go. De iſto ergo certũ eſt ꝙ nulli patet veritas
ꝑ rationẽ demonſtratiuã: ſed tñ ꝑ reuelatio-
nes factas ſanctis viris. Et ideo ſequẽdo dic-
ta ſancti Thome: dicẽde ſunt iſte cõcluſiones.
Prima ignis infernalis ẽ corporeus. Scda ig
nis iſte nõ agit in corpa materialiter ꝛ mõ na-
ture: ſed ſpũaliter ꝛ modo anime. Tertia eſt ꝙ
ignis nõ calefacit corpora damnãdoꝝ: nec illa
corpora caleſiunt ꝑ ignem illũ. Quarta ẽ ꝙ ille
ignis infernalis affligit ſicut inſtrumentũ di-
uine iuſticie nõ ſicut ꝑncipale agẽs. Quinta ẽ
ꝙ infernus eſt infra terram. Sexta eſt ꝙ pur-
gatoriũ eſt infra infernũ: ꝛ idẽ eſt ignis purga
torij ꝛ infernalis. Primã ↄcluſionẽ ꝓbat ſic
Corpori non poteſt coaptari niſi corporea pe-
na. Unde ex hoc ꝓbat Greg⁹. ꝙ ignis inferna
lis eſt corporeus in quẽ corpa damnandoꝝ

post diē iudicij statim retrudunt. Aug⁹. etiā xxj. de ciui. dei. ca. x. dicit ꝙ ignis quo etiā spūs affligunt corporeus sit. Secūdā ꝯclusionē illā videlicet: ignis ille materialiter nō agit mō nature sicut ignis calefacit lignū causando in eo calorē qualꝫ est in igne: sic declarat magister sententiaꝝ di. xliiij. li. iiij. si aliter fieret: necessario causaret passionē in corpore dānati ⁊ alterationē realem. Omnis aūt talis alteratio presupponit motū celi: sed post iudiciū motus celi cessabit. ergo tūc nō erit talis alteratio. Est ergo sm̄ eū ⁊ sm̄ Arist. duplex alteratio siue passio. Una per modum nature qn̄ agens assimilat sibi passum materialiter sicut qn̄ ignis calefacit lignū. Alia qn̄ agens nō assimilat sibi passum in qualitate qua agit sicut obiectū agit in mediū. Albedo eīn nō facit mediū album: sed tantū causat in medio speciē albedinis. Consimili mō sm̄ eum corpora damnandoꝝ nō paciuntur pⁱmo modo passionis sicut modo patiūtur: sed secūdo modo tantū: ⁊ sic defendit ꝙ ignis agendo perpetue in corpora damnandoꝝ nunꝗ̄ ea consumet vel corrūpet. Tertia patet ex dict videlicet ꝙ nō calefaciet corpora dānandoꝝ nec cōburet: quia im̄ spiritualiter immutabit sicut color mediū vel pupillā. Quarta cōclusio sequitur ex ꝓcedētī: qꝛ ignis ibi nō agit alterando materialiter sed spiritualiter: ⁊ aliquis magis ⁊ aliqs minus: qꝛ agit sicut instrumentū diuine iusticie. Quintā cōclusionē videlicet ꝙ infernus sit infra terram declarat ex dictis Greg. iiij. dialogo. ⁊ Aug⁹. xij. super Gen̄. ad litteram qui duas ad hoc cōgruētias assignant videlicet. Tū quia sicut anime peccatoꝝ ꝓpter carnis amorē peccauerunt. Ita eis loca exhibeant sicut mortue carni debetur: tū qꝛ sicut grauitas est in corporibus: ita tristicia est in spiritibus: ⁊ leticia est in spiritibus sicut leuitas in corporib⁹. Locus autem grauium est deorsum: sic etiam locus est spirituum peccatorū. Sextam cōclusionē tenet videlicet ꝙ idem sicut est locus purgatorij ⁊ inferni ita ꝙ illa loca sunt sibiinuicem vicina sup iiij. sententiaꝝ. di. xxv. in responsione ad argumentū scdm̄. ⁊ ratio sua est ista. Quia limbus patrū fuit coniunctus inferno: aliās christus nō diceretur ad infernū descendisse. Sed limbus fuit superior ꝗ̄ locus purgatorij. ergo locus purgatorij fuit vicinior inferno ꝗ̄ locus ille siue limbus patrum. Uult tn̄ dicere ꝙ infra ambitū infernalē sūt quattuor loca distincta. In sūmitate limbus patrum: ⁊ postea limbus puerorum: tertio purgatoriū vbi est pena sensus: quarto dānandorū. Idem Gand. viij. qdlibet. q. xxxij. vbi est locus purgatorij sm̄ legē cōmunem scdm̄ vero priuilegia ꝑsonalia ⁊ dispensationē diuinam anime quorundā puniūtur in loco in quo peccauerūt. Tum ad viuorum vicinorum instructionē: tum ad mortuorum subuentionē. Per hec ad argumenta. Ad primū patet ꝙ ignis iste nō alterat corpus materialiter: sed tantū spiritualiter: sicut obiectum mutat intellectū vel sensum. Et ideo nunꝗ̄ corrūpet: imo nec semel corpus ab illa transpositione transmutabit in qua ponet in inferno. Ad secundū patet licet nō sit agens voluntariū: agit tamen vt instrumentū agentis voluntarie. Et ideo punit ⁊ affligit sm̄ voluntatē ipsius ⁊ non sm̄ naturā ꝓpriam ignis. Ad tertiū de igne ⁊ lumine dicendū est ꝙ locus ille sic erit dispositus sicut cōuenit maxime miserie damnandorū. Unde non erit ibi lumen aliquod sed vmbrosum vt illa videant que afflictionē ingerere possant. Dicit tamē ꝙ ignis ille est naturaliter eiusdē speciei cū lumine nostro: sed differunt sm̄ materiales dispositiōes: sicut differunt flāma ⁊ ignis: ꝗ̄uis ignis sit eiusdē speciei siue sit in materia aerea sicut ē in flāma siue in materia terrestria sicut est in carbone: qꝛ ergo lumē illud erit in materia fumosa ⁊ vmbrosa: simpliciter loquendo dicit locus ille tenebrosus. Ad quartū dicendū ꝙ licet nullū violentū sit ꝑpetuū ex ordinatione nature: potest tamē ordinatione diuine iusticie. Ad quintū patet ꝑ dicta in sexta conclusione. Sic ergo totā difficultatē de eternitate corporū nō cōsumendorū ꝑ ignē inferni quā ꝑtractat Aug⁹. xxj. de ciui. dei. soluit ille doctor per hoc pⁱncipiū: cessante motu celi nulla pōt fieri in corporibus actio vel passio materialis ꝗ̄ spiritualis tantū. Et ꝗ̄uis istud esset quoddā dānatū parisius: est tn̄ illa sententia retractata ꝗ̄ntum attinet ad dicta sancti Thome ꝑ dn̄m papā Jo. xxij. Cōtra quē arguit Scotus doctor subtilis di. xlviij. li. iiij. ad iam dicta ꝯcludēs.

Lectio. CLXXXIX.

Tmagice artis appositi erant derisus ⁊ sapientie glorie correptio cū ꝯtumelia. Illi enim qui ꝓmittebāt timores ⁊ ꝯturbatiōes se expellere ab anima lāguēte: hi cū derisu pleni timore languebāt. Nā ⁊ si nihil eos ex mōstris perturbabat trāsitu animaliū ⁊ serpentū sibilatione cōmoti tremebūdi peribāt ⁊ aerē quē nulla ratione euadere ꝗ̄ posset negātes se videre.

Postꝗ̄ declaratū est ꝙ egyptij ꝑ totū triduum tenebrosum nullū poterāt habere solaciū contra tenebras nec ab igne nec a lumine. Hic ostēdit ꝙ nec aliqđ remediū ꝯsequi poterant ꝑ eorū magos quos tn̄ peritissimos habuerūt: imo ipi magi a demonibus derelicti ⁊ a deo afflicti deridebant ⁊ qualiter cū alijs affligebantur. Et circa hoc tria facit. Primo ponit eorum derisionē. Scđo ponit derisiōis rationē. Tertio excludit quādam obiectionē. Scđa ps

sibi. Illi eni qui pmittebāt. Tertia sibi. Nam et si nihil. Quantū ad primū dicit sic: Et magi

A ce artis appositi erāt derisus. hoc est illi ictēporis derisibiles ostēdebanť magi egyptiaci manifeste qui p magicā artem mōstra faciebāt: qñ nec sibi nec alijs ꝓ pdictas tenebras potuerūt pdesse ⁊ sapie gloria correptio cū cōtumelia. q̄ si diceret: vana gloria quā habuerūt dicti magi egyptiaci de falsa sapiētia versa modo fuit in correptionez cū cōtumelia quādo Pharao ⁊ alij nobiles clamātes petierūt eoꝝ subsidia ⁊ cum eos iuuare nō possent cōtumelias intulerūt tāq̄ȝ fallacibus ⁊ pomposis deceptorib⁹. Secundo ponit derisionis occasionē. Illi eni qui pmittebant timores ⁊ turbatiōes se expellere ab anima languēte: hi cum derisu pleni timore languebāt. ergo manifeste fuerūt derisi ⁊ deridēdi: sicut psūptuosi ⁊ fallaces pmittentes se alios adiuturos qñ nec potuerūt succurrere sibiipsis. Tertio qꝛ possit aliqs obijcere q̄ ipi nō affligebanť ex visione corpali vel imaginaria insiuim personarū ⁊ monstrosarū effigierū qꝛ assueti fuerunt talia cernere sicut nec Balaā expauit ad locutionē asine: respondeť q̄ nihilominus hoc pcesso turbabāť: maxime tamē ex transitu animaliū que iuxta eos strepitū facientia videbanť eos conculcare: ⁊ sibilatione serpentū quos tū nō videbāt: ita ex hoc q̄ negabāt se videre ac rem sine quo nemo viuere potest: ⁊ hoc est quod dicit: nā ⁊ si nihil illos ex monstris apparentibus in coruscationibus visibiliter vel imaginarie pturbabat transitu tamē animaliū robustoꝝ ⁊ serpentiū sibilatione cōmoti ne ab animalibus cōculcarenť vel a serpentib⁹ intoxicarentur tremebūdi peribanť ⁊ aerē quē nulla ratione euadere quis posset negātes se videre: quē tū intuebant ⁊ tāgebant. Et magice artis appositi erāt derisio.

B Ad litterā vacantes arti magice multipliciter deridentur. Nā deridentur a demonibus ⁊ ab hominib⁹: deridentur a bonis angelis et deridentur a deo. A demonib⁹ deridenť ⁊ decipiūtur frequēter: aliquādo ab ipis spiritibus fallacibus ⁊ mendosis q̄bus sacrificāt ⁊ quos colunt: sicut patuit de papa Siluestro. ij. qui pꝰ ius dicebatur Gerebertus hic primo monach⁹ floriacēsi. cenobij: postea diabolo suadente et enormiter instigante apostatauit: diaboli obsequijs ⁊ arti magice se obligauit intantū q̄ diabolo fecit homagiū cuȝ pacto vt ei omnia ad nutū succederent. Auxilio q̄ demonis pmot⁹ ⁊ suffultus: factus est primo Remensis archiepiscopus: postea Rauenēsis ⁊ tandē papa: et tūc quesiuit a diabolo q̄diu adhuc viueret in papatu: responsuȝ est sibi q̄diu nō celebraret in hierusalē. Cū ergo postea celebraret in quodā loco rome qui hierusaleȝ dicitur in ecclesia sancte crucis: ex motu ⁊ strepitu demonū mortē sibi sensit adesse. Suspirauit ergo ⁊ ingemuit ⁊ licet sceleratissimus esset: nullo modo tamē desperauit: sed coraȝ omnibus peccatū suum ꝯfessus o mēbratim ordinauit diuidi corpus suum vt oīa illa mēbra diuiderenť ⁊ amputarētur quib⁹ demones adorauerat. Corpus vero mortuū sup bigā imponi ⁊ vbicūq̄ aīalia illud trahētia sisterēt sepeliri. Deo vō signū eiusdē sue clemētie demōstrante tulerūt aīalia corpus illud in ecclesiā lateranēsem. In cui⁹ sepulchro lris exaratū habeť q̄ tumultu suoꝝ ossiū ⁊ sudore pape: pbetur psagiū morituro. hec in cronica fratris Martini. De hac eadē psona talis extat versus. Transita re Gerebertus adra. post papa regēs. Et designanť tres nobiles ecclesie quas exījt successiue q̄ sūt Remēsis Rauenēsis ⁊ Roma. Iste q̄ fuit turpiter derisus. Cōsimile narrať de quodā alio epo qui scꝫ pter honores cōsequēdos arti magice fuit datus. Tandē fact⁹ episcop⁹ cū multos haberet aduersarios ⁊ esset in castro q̄dā suo de q̄ plurimū ꝯfidebat. ⁊ cū timeret: ꝯsuluit demonē suum sb hac forma. Fugiā: an nō? Rñdit demon nō: sta secure. Venient inimici tui suauiter et subdenť tibi. Accedūt hostes ⁊ castrū capiunt ⁊ succendūt. Inuocans q̄ demonē in extrema necessitate quesiuit quid faceret: ⁊ quare cū finaliter sic fefellisset. Et respōdit demō q̄ eū nō decepisset: sed verū dixit si dictū suū intellexisset. Dixi in q̄ nō sta secure .i. fugias. Venient inimici tui suauiter ⁊ tibi subdent vī. id est ignē: ⁊ sic suū famulū in fine diabolus delusit. His similia: infinita possunt narrari. Alij aūt decipiunť a spirib⁹ alijs. Nō quidē ab ipis quos inuocant: sꝫ ab eoꝝ pncipib⁹ quib⁹ sunt alij potentiores. Unde cum quidā teutonicus peregrinareť ad sanctū Jacobū in quadā villa nauarrie quendā necromanticū obuiuȝ habuit. Hic dixit peregrino. Video te carissime esse in periculo mortis: sed si vis mihi repēdere mercedē saluabo vitā tuā. Spōdet teutonic⁹. Volo: Ducat ergo necromāticus teutonicū in q̄dam camerā: parat sibi balneū ⁊ ponit eum in aqua: collocat ante eū speculuȝ de calibe: quo magici solent vti. Et querit ab eo quid videat in speculo. Et respōdet teuconic⁹ q̄ videret virum ⁊ vxorē in domo ppria: ⁊ necromanticus quandā imaginem formauerat de cera: statiq̄ clericus arcu extenso ⁊ sagitta imissa vt sagittaret imaginē. Cui necromanticus. Imago inquit cerea imago tua est. Vxor vero tua ⁊ clericus amasius su⁹ in hoc ꝯuenerunt vt te occidant: qꝛ si imaginē illā posset clericus sagittare mortu⁹ esses. Custodias ergo teipm ⁊ cū incipiet trahere imerge te totū in aqua: sb aqua balnei in q̄ stas: ⁊ sic secūdo ⁊ tertio: qꝛ pluries nō poterit sagittare: fecit sic: Tandē se erigēs: tertio d̄ aqua respiciēs speculū: vidit qualiter

vxor cū famula clericū illū subito mortuum in stabulo quodā sepelierūt. Soluit ergo teutonicus necromātico suo mercedē ꝛ facta pegrinatione domū rediēs que ꝑ speculū viderat opera cōpleta ꝑspexit. Ubi habent̄ tales versus.
Teutonicus peregrinus eo iacobita nauarie.
Balneū cum speculo docuere malū mulière.
